mentissime concesserit, ut ex Diplomate regio, a. d. XI. Augusti, Anno MDCLXXXVIII. promulgato, patet. De Balænis, ad littora casu ejectis scribenti, succurrit Historia, mira ea qvidem & lepida, vera tamen, qvam cum B. L. communicare libet. Piscatores qvidam Finmarchici in mortuam balænam, in mari fluitantem, forte inciderunt, cui ad proximum littus devehendæ cum ob paucitatem pares non essent, unus e societate, egregium & memorabile facinus ausus, solus e cymba in balænam, fluctibus jactatam & pæne obrutam, descendit, dum socii omnes domum peterent, plures ad ferendam opem evocaturi. Interim audax iste, & vitæ prodigus piscator, in fluitante balæna securus sedebat; &, ne continuis fluctibus in mare excuteretur, foramen, cui pedes insereret, in dorso belluæ cultro excavabat, remo qvoqve in sublime sublato, ut redeuntes socii signum haberent, qvo relictum in vasto æqvore commilitonem agnoscerent. Res ex voto cecidit; redierunt ablegati sociumqve cum præda incolumem ad littus perduxerunt.

Vand-Hunden, kaldet af Finmarkens Norske Indvaanere: Staal-Honning, og af Lapperne: Fakan, bliver man vaer hos den Finmarkiske Soekyst. Bemeldte Staal-Honning ligner i sin Skikkelse temmelig en liden Hval af 3 a 4 Favnes Længde, haver spids-

Canis marinus, Norvegice: Staal-Honning; Lapponice: Fakan, ad hæc littora qvoqve visitur. Balænæ minori, novem vel duodecim cubitos longæ, non multum dissimilis est; naso gaudet acuminato, dentibus in utraqve maxilla, longi-

spidsagtig Næse, oven og neden i Munden en Finger lange Tænder, og paa Ryggen en lang Finne, der fremviser et opstaaende Spyd. Den er Hvalfiskens afsagde Fiende, der dræber ham ved at hugge med sine skarpe Tænder et Stykke Spek af ham efter det andet. Aldrig findes een saa stor Hvalfisk, at jo saa af bemeldte glubske Bæster formaae at myrde ham, og endskiønt han for at undgaae deres voldsomme Behandling begiver sig lige op til Strandbredden, slippe de ham dog ofte ikke, forend han maa forlade Landet, og blive dem følgagtig ud paa Dybet igien, antastet og forfulgt af benævnte Vandhunde lader han sig med en erbarmelig Brølen høre (158).

longitudine digiti, pinnaqve in dorso longa, speciem hastæ, sursum erectæ, referente. Infestiores hostes, qvam hosce canes, balænæ non habent, qvorum rabidis serratisqve dentibus sæpius appetuntur atqve succumbunt; nulla enim tantæ molis & roboris balæna unqvam exstitit, qvin vel paucis hujusmodi canibus, brevi præda facta fuerit; & qvamvis littus infestata petat, rabidos evasura hostes, fugientem tamen non insequntur tantum, verum etiam crebris dentium ictibus brevi efficiunt, ut altum repetere cogatur, mox præda hostibus futura. Balæna, memoratis canibus circumdata horrendum & trucem boatum edere fertur (158).

De

Pisces

(158) Denne kaldes i Nordland Stour-Henning eller Stour-Hynning, hvilket Navn den har faaet af sin usædvanlig lange Ryg-Finne, som man ligner ved en Stour eller Stavr. Den kaldes og Stour-Vang eller Stour-Vagn, og er den, i Speculo Regali, saa kaldede *Wagn-Hualur*. Da den ogsaa forfølger Kobbene eller Sælhundene, har den og faaet det Navn, Kobbe-Herre. Det er ingen Tvivl, at den jo henhører til de Gamles Orca og de i Reyse-Beskrivelserne, saa ofte omtalte, Spek-Hugere og Engelændernes Billers. Men Rondeletii Orca bliver den vel neppe, da den ikke har Save-Tænder (dentes serratos) ja, siden jeg har faaet Stour-Henningens Tænder i Over- og Under-Kiæben at see, tør jeg nok med en temmelig Vished paastaae, at Rondeletii og de fleste andre gamle Skribenters Orca er en Blanading

(158) Hæc in Norlandia *Stour-Henning* s. *Stour-Hynning* vocatur, quod nomen accepit a pinna dorsali prælonga, quæ ad similitudinem pali accedit. Idem Cetus & vernacula: *Stour-Vang* vel *Stour-Vagn* dicitur; nec ab hoc differt cetus speculi regalis: *Wagn-hualur* dictus. Multi nostratium eum & vernacula *Kobbe-Herre* (i. e. Phocarum vitulinarum tyrannum) appellant, propterea quod hasce Phocas insensissime persequitur. Eundem ad veterum orcam s. balænarum hostem, vulgo in itinerariis *Spek-Hukker*, vel anglice *Billers* dictum, referri debere, vix dubitarem. Ab Orca vero Rondeletii differt, quum dentes serratos non habeat; quin immo, ex quo dentes utriusque maxillæ hujus Delphini viderim, orcam Rondeletii ex Delphino nostro: *Stour-Henning* s. Orca & Cane Carcharia compositam

De overalt ved den Norske Soekyst bekiendte Fiske, kaldede: Springere (159), tee sig og paa det Finmarkiske Hav. Benævnte Fiske, der af Farve ere sorte paa Ryggen, men hviidagtige under Bugen, og i Storlighed gemeenligst indbefatte 1 eller 1 og 1 halv Favns Længde, sees somme Tider i deres Fart at springe hoyt fra Vandet med heftig Vandets Bevægelse, saa det er fornoyeligt at see mange tillige komme anfarende. Sit meeste Tilhold have de i Havet langt fra Landet; dog begive de sig undertiden, i sær om Foraaret, vel hundrede ja flere i et Folge ind i Fiorde og Viger, og sammesteds fanges med Vod. I Steden for at andre Fiske, for at undkomme, trænge ind paa den Vod eller Garn, som er udsat til at fange dem med, skye disse Vodden eller

Pisces qvidam, passim per Norvegiam sub nomine: Springere o: saltatores, noti (159) in mari Finmarchico pariter reperiuntur; colore sunt per dorsum nigro, sub ventre albescente, qvatuor vel qvinqve cubitos longi, ex mari in altum magno aqvarum strepitu exsultantes conspiciuntur, a cujusmodi crebris saltibus nomen qvoqve sortiti sunt; nec sane injucundum, plures simul ita in salo ludentes vidisse. In vasto oceano, procul a littore, vulgo occurrunt; haud raro tamen contingit, præsertim verno tempore, ut in ipsos interiorum sinuum recessus sæliendo penetrent, qvo casu fundis capi solent. In eo ab aliorum piscium consvetudine discrepant, qvod funda inclusi, viam elabendi eandem rumpendo, sibi

ding af Stour-Henningen og Haa-Skjerdingen (Squalo *carcharia*). Dog herom skal handles udforligere, om Gud vil, i den 4de Tome af vore Tronhiemske Actis.

(159) Denne holder man i Almindelighed for at være Delphinus *Delphis* Linn. Ellers bruges det Navn: Springer, ofte i en saa almindelig Forstand, at man og derunder besatter baade Stour-Vagnen og Lille-Vagnen, hvilken sidste jeg dog endnu ikke ret kiender; men, efter de slesles Beretning, skal den meget ligne Stour-Henningen, og holdes endog af nogle for en Unge af samme Fisk.

positam fictamque esse, fere pro certo affirmare sustineo. Sed plura de hac materia, volente Deo, in actis Nidros. T. IV. exponenda sunt.

(159) Hunc cetum vulgo Delphinum *Delphidem* Linn. habent. Ceteroquin nomen: *Springer*, sæpenumero sensu generaliori usurpatur, adeo ut Delphinos tam *Stour-Vagn* (i. e. orcam majorem) quam *Lille-Vagn* (i. e. Orcam minorem) simul denotet, licet posteriorem, nimirum Orcam minorem, non satis noverim, adeo quidem, ut non liqueat, utrum ab orca majore, nostratibus *Stour-Vagn*, specie distincta sit an non; testimonio vero nonnullorum nostratium Minor foetus orcæ majoris habenda est.

eller Garnet, hvormed man haver omgivet dennem, og heller med haſtigſte Fart begive ſig til Strandbredden op paa det Tørre, end fordriſte ſig til Undrommelſe der, hvor Garnet eller Vodden ſees udſpendt. De, ligeſom forbemeldte Vandhunde, ſøge ſin Lyſt i at forfølge Hvalfiſken, have og Tænder at bide ham med, dog kand de ey ſtort udrette, uden de have hine, der ſkal giøre det beſte, til Hielp.

Een ved Soekandten i Norge bekiendt Fiſk, kaldet: Brugde, forekommer iligemaade i Finmarkens Hav-Vande. Samme befindes af Storlighed, ſom en maadelig Hvalfiſk, er paa Huden ſortglindſende, haver paa Ryggen en ſtor krum Pukkel, og ſiges i blik-ſtille Veyr at give ſig op under Fiſkernes Baad, og med ſin puklede Ryg at kuldkaſte ſamme, ſaa fremt der giøres mindſte Bevægelſe; hvorfor det kommer an paa i ſaadan Caſu at holde Baaden gandſke ſtille. Naar ingen Vind paa Havet fornemmes, lader benævnte Fiſk ſig een og anden gang tilſyne oven Vandet; men ſaa ſnart en ſagte Vind juſt teer ſig paa Vandet, begiver den ſig ſtrax til Bonden, ſaa det lader ſig anſee, at den ey kan fordrage allermindſte Blæſt (160). Af

ſibi facere non tentent, ſed qvanta poſſunt pernicitate littus petant, qvo nihil aliud efficiunt miſelli qvam ut eo certius & facilius capiantur. Ceterum, balænas non ſecus, qvam modo memorati canes marini, dentibus inſectantur, ſed fere innoxie, niſi rabidis iſtis canibus mixti fuerint, iisqve in prælio adjuti.

Piſcis qvidam, ſeu bellua marina, Norvegice: Brugden nuncupata, in hoc etiam oceano, interdum conſpicitur. Balænam vulgarem magnitudine æqvat, cutem habet nigerrimam, atqve in dorſo gibbum, qvo cymbas piſcatorias evertere dicitur. Mari, qvam maxime tranqvillo ſpectandam ſe qvandoqve præbet, fundum tamen, vel ad leviſſimam ſpirantis venti auram ocyſſime repetens, unde liqvet, flatum qvemcumqve etiam leviſſimum, eidem prorſus intolerabilem eſſe (160).

Phocæ-

(160) Denne kaldes Squalus *maximus* Act. Nidroſ. III. hvor man finder en udførlig Afhandling om ſamme tilligemed en noyagtig Tegning. Siden den Tiid har jeg opdaget flere Rader ſmaa Tænder i Brugdens Kieft tilligemed

(160) Hic ſqualus *maximus* appellatur act. Nidr. III. ubi uberius de eo agitur, ejusque icon exactior exhibetur. Poſt id tempus caput hujus piſcis vel amphibii ex Smölen præfecturæ Normöriæ mihi miſſum eſt, tan-

tz

Af Marsviin, de i Norge saa kaldede Niser (161), haver Finmarkens Hav, Fiorde og Viger temmeligt Forraad. Efterdi benævnte Fisk saavel i Danmark, som Norge, og paa adskillige andre Steder forekommer, er dens Adfærd at tumle sig oppe i Vandbredden nokſom bekiendt. Vel lader den sig under Tumlingen for Anskueren trekandtig ansee; dog er den intet mindre, end saadan i sin Danlighed, men deri, efter m'n Skionsomhed, hellere ligner en Makrel (162), endskiont begges Farve og Storlighed er ulige. At den tumlende paa Vandet fremviser sig trekandtig, skeer, fordi den først lader Næsen sees, strax derpaa en Deel af Ryggen, og atter strax det yderste af Rumpen, forstikkende enhver af benævnte Parter under Vandet, saa snart den haver været tilsyne. Somme Lapper ere vel ovede i at skyde

Phocænis seu Delphinis, Norvegice: Niser, maria hic omnia & sinus scatent (161). Consvetudo hujus piscis, qvi in Dania non minus, qvam in Norvegia & alibi occurrit, in superficie maris sese volutantis, omnibus, credo, notior est, qvam ut a me operosius describeretur. Phocæna scombro non est dissimilis, certe non triangularis, qvalis inter natandum inspectantibus primo obtutu apparet (162). Ceterum, a scombro, tam colore, qvam majori corporis mole, multum differt; causa vero, cur triangularis visentibus apparet, in eo sita est, qvod in mari ludens in varios se vertat gyros & spiras, alia sui parte undis cooperta, alia aqvis exserta. Phocænas sclopetis figere solent Lappones, ubi tamen venatori probe observandum, ut

med Haacrnes sædvanlige Næse- og saa kaldede Øre-Huller, i Anledning af et fra Smølen indsendt Hoved, som var saa stort, at to Heste havde nok med at trække det: hvorom udførligere skal handles i Tom. IV. Act. Nidros. da det vil blive klart, at Brugden er de Gamles Vera Lamia a cane carcharia distincta, som dog hidindtil har ikkun været lidet bekiendt.

(161) Delphinus *Phocæna* Linn. hvis Beskrivelse tilligemed en accurat Tegning forekommer i Act. Nidros. II.

(162) Scomber *Scombrus*, pinnulis quinis, Fn. Sv. 339.

tæ quidem magnitudinis, ut in curru a duobus equis traheretur. Qua occasione plures series dentium, parvorum quidem, in utraque maxilla una cum foraminibus squalorum consuetis ad oculos & supra os a me detecti sunt: de qua quidem re fusius in T. IV. act. Nidr. exponendum est, quum simul constabit, squalum nostrum *maximum* esse veram Lamiam veterum a Cane *Carcharia* distinctam, hucusque parum cognitam.

(161) Delphinus Phocoena Linn. cujus descriptio una cum anatomia & icone exacta in act. Nidr. II. habetur.

(162) Scomber *Scombrus* pinnulis quinis sn. sv. 339.

skyde den; loses ikke Skudet, forend den teer sig oven Vandet, gaaer det gierne formedelst dens selsomme Tumlen glip, hvorfore Skytteren, blivende den vaer under Vandet, skyder i samme Øyeblik, som den vil stikke Næsen frem, og da bliver Skudet sielden frugtesløst. Bemeldte Fisk sees undertiden i blikstille Veyr og varmt Soelskin at flyde paa Vandet sovende. Spekket og Kiødet spises af Finmarkens Normænd og Lapper med Begierlighed.

Et Slags Fisk, kaldet af Norges Norske Indbyggere: Haa-Kiærring (163), og af Lapperne: Akkalagges, gives i Finmarken ikke ringe Forraad af. Benævnte Fisk er paa Ryggen morke-graa, ja nesten sort, men hviid under Bugen, haver en skarp Hud, sorte og runde Øyne, en bred nedvendende Mund, hvasse Tænder og ingen Been, men i deres Sted bare Brosk, som lettelig lader sig overskiere. Leveren, hvoraf smeltes Tran, er overmaade feed, derhos saa stor, at en eeneste kan fylde en Tønde. I somme finder man og Egge-Blommer. Den her beskrevne Fisk er meget graadig og sluugvuren, saa at endog de større opsluge de mindre

glandes paulo ante emittantur, qvam phocæna ex aqva emergit, alias enim miris suis gyris & flexibus tormenta facile eluderet. Piscem huncce, cum placidum ventis stet mare, in undis negligenter dormitantem, haud raro reperire licet. Carnis & arvinæ phocænarum tam Lappones, qvam incolæ Finmarchiæ nationis Norvegicæ, appetentissimi sunt.

Lamiæ, Norvegice: Haa-Kiærring (163), Lapponice: Akkalagges, copia, haud exigua, in hoc mari reperiuntur. Lamia colore est per dorsum cinereo, in fuscum tamen & nigrum vergente; sub ventre albo: cute circumdata est dura, oculis gaudet nigris & rotundis, ore lato, deorsum verso, ossibus tamen caret, qvorum loco cartilagines habet, dissectu faciles. Iecinore, ex qvo copia olei exprimitur, pingvissimo gaudet, & tantæ insuper molis, ut integræ Tonnæ adimplendæ vel unum sufficiat. In qvibusdam vitelli reperiuntur. Ceterum, qvantæ & qvam inexplebilis gulæ sit ille piscis,

(163) Den forekommer i den 2den Tome af Act. Nidros. under det Navn: Haaskjerding, Squalus *carcharias* (sed absqve pinna Ani) og kan man der tillige see en fuldstændig og accurat Tegning, saavel paa den hele Fisk, som og paa dens Mave og forskiellige Tænder.

(163) In act. Nidr. II. dicitur *Haa Skjerding*, squalus *Carcharias* (sed absque pinna ani) Accuratam quoque ibidem cum integri piscis, tum ventris illius, nec non dentium diversorum iconem cernere licet.

dre af sit Slag, hvilket følgende Hendelse iblant andet kan bevise: Da en Lap af Altens Fiord havde fanget en Deel smaa og store tillige, havde skaaret dem op og udtaget Leveren, og derefter, maaskee i Tanke efter Lappernes Sædvane at ville bruge dem til at giore Rekling af, havde bundet dem ved en Line bag Baaden, hvor de da ved en Distance fra Bagstavnen flod i Vandet, men derpaa savnede een af dem, og kunde ikke besinde, hvor den maatte være afbleven, fangede han strax derefter een, som var temmelig stor, og ved Aabnelsen fandt den savnede inde i dennes Bug. Ey allene ere de saa kaldede Haa-Kiærringer slugvurne, men endog befindes skadelige for Fiske-Redskabet, som Fiskerne til Helle-Flynder, Torske- og andre deslige Fiske-Fangst i Soen udsette, hvilket, saavel som og de fangede Fiske, de med sin skarpe Hud og sine hvasse Tænder sønderslide og forderve; dog hender det, at de smaa ved den Leylighed selv blive besnærede. Lapperne fange benævnte Haa-Kiærringer med en lang, tyk og sterk Line af Hamp, i hvis Ende haves først en temmelig svær Steen, derefter een meere end en Favn lang Jern-Lænke, og i Enden af samme en stor Jern-Krog, paa hvilken til Mading settes Sælhund-Spek, Marsvin-Spek eller andet deslige. Fornemmende, at Fisken haver fattet Krogen, trækker de Fiske-Snoren, i hvis Ende bemeldte Steen, Jern-Lænke og Krog med Mading sidder, til sig af allerynderste Kraft, for at faae Fisken, uden at give

piscis, vel ex eo constare poterit, qvod majores minores devorent, ut ex seqventi historia patet: Cum Lappo qvidam e sinu Altensi aliqvot lamias, diversæ magnitudinis, aliqvando cepisset, exenteratasqve & fune trajectas ad puppim religasset, ea haud dubie mente, ut, pro more gentis, segmenta, Rav-Rekling Norvegice dicta, ex iis præparare posset, contigit, ut ex captis & post puppim fluitantibus unam forte desideraret, nescius, qvid illi præ ceteris acciderit; mox vero aliam multo grandiorem cepit, in cujus stomacho nuper amissam reperit. Memoratæ lamiæ non tantum immanis sunt & inexplebilis voracitatis, verum etiam retibus, fundis aliisqve instrumentis piscatoriis, qvæ passeribus majoribus, asellis variis aliisqve piscibus capiendis, in mari tenduntur, admodum noxiæ; Instrumenta enim non minus, qvam pisces, iis implicitos & captos, aspera sua cute acutisqve dentibus corrumpunt atqve dilacerant; interim tamen haud raro accidit, ut ipsæ prædatrices, minores imprimis, hac ratione præda fiant, retibus, qvæ dilacerare satagunt, implicitæ. Lamias capiunt Lappones valido fune, ex cannabe contorto, cujus extremitati non tantum appenditur haud exigui ponderis lapis, sed etiam catena ferrea, duos cubitos longa, e qva iterum suspenditur hamus ferreus, eximiæ magnitudinis, cum appensa esca, ex putrida

give den i mindste Maade Tøyelen, op til Baaden; thi ellers sluger den i en Hast først Krogen, derefter Lænken, strax derpaa ogsaa Stenen, der haves Snoren nærmest, i sig, og efter dets Indslugning faaer fat paa Snoren, med sine hvasse Tænder, bider den af og gaaer sin Vey, saa at de blive den qvit. Naar de have faaet den op til Baaden, giver de den mange Slag af en Træ-Kolle, og hugger den med en stor Jern-Krog, eller i dets Sted stikke den med en lang dertil dannet Kniv, og derefter, om de vil fore sig den til Nytte, ved at giore Rekling af den, hale den ind i Baaden; hvis ikke, skiere de den allene op, tage Leveren ud, og lade den saa fare. Paa der Sted, hvor man vil fiske tilbenævnte Haa-Kiærring, sænker man ned til Bonden et af forraadnede Sælhunds-Tarme, forraadnede Laxe-Tarme eller anden deslige ilde lugtende Mading fyldt, med Riis-Qviste bedækket, og med en Steen oven paa Riis-Qvistene belagt aflangt Kar, ansat med Kloer eller Fedder, som skal holde det fast ved Bonden. At bemeldte Kar ey med et tet Laag, men ikkun med Riis-Qviste overdækkes, skeer til den Ende, at noget af den deri lagte Mading lidt efter Haanden kan komme ud deraf i Vandet, for at fores hid og did af Strømmen, og ved sin Lugt bringe Fisken til Stedet, hvor man vil have den. Saadan Omgang med Haa-Kiærring-Fangst bruges maaskee ogsaa paa en Deel andre Steder i Norge. Undertiden fanger man dem ved et saa kaldet Stang-Vad,

phocarum vel phocænarum carne præparata. Piscator, lamiam hamum cum esca deglutivisse, sentiens, funem, cum inhærente præda, qvantis potest viribus, repente attrahit, qvod ni impigre fecerit, lamia, primum hamum, deinde catenam ferream, mox lapidem, & tandem partem qvoqve laxati funis, deglutiret, funeqve immanissimo dentium acumine abscisso, fugam, piscatore deluso, capesseret. Ad cymbam vero extractam, vel clava lignea haud perfunctorie pulsat, vel cultro qvodam longo, huic usui adaptato, transfigit, vel unco ferreo ad mortem usqve pungit & lacerat: mortuam, extracto jecinore, vel in mare projicit, vel in cymbam devolvit, domum devehendam, ibiqve in longa segmenta dissecandam. In iis locis, ubi hujusmodi piscatio exerceri solet, piscatores in fundum demittenda curant vasa qvædam oblonga, putridis salmonum vel phocarum interaneis oppleta arborumqve ramusculis contecta, qvi, ne crebra maris & fluctuum reciprocatione dissipentur, lapidibus comprimendi sunt. Ceterum, qvod memorata vasa nullo solido operculo obstructa sint, ideo factum tradunt, ut esca, illis ingesta, eo facilius in mare ruat suoqve nidore pisces alliciat. Qvæ lamias capiendi ratio alibi qvoqve per Norvegiam in usu est. Eundem piscem præterea capere solent Lappones Instrumento qvodam piscatorio, Norvegice:

Stang-

Vad, som er en lang Stang, til hvis Ender er fæstet Liner, Jern-Lænker og Jern-Kroge af ovenmeldte Danlighed, samt Mading paa Krogen. Efterdi bemeldte Kroge med Madingen haves ved nogen Distance fra Bonden; og Fiskens Mund, som for er meldt, vender ned, saasom havende sit Sæde under Kiæberne, maa Fisken, forend den kand saae Madingen oven fra, vende Bugen i Veyret.

Stang-Vad nuncupato, ex longa pertica, cujus utriqve extremitati appenduntur lora, catenæ & hami ferrei, esca instructi, formato; & qvoniam lamiis os est sub mala situm, escam, nisi inverso corpore, glutire neqveunt, qvamobrem piscatori observandum, ut hamus, qvo lamia capienda est, paululum supra fundum elevetur.

Den allevegne ved Soesiden i Norge bekiendte Fisk, kaldet: Haabrand (164), er og i de Fiskes Tal, der tee sig i det Finmarkiske Hav. Samme er af Storlighed mindre, end forbemeldte Haa-Kiærring, men paa Farven nesten ligner den, og haver iligemaade

Piscis, qvi Norvegice: Haabrand dicitur (164), in hoc mari etiam occurrit. Lamia qvidem, si molem corporis spectes, minor est, colore tamen & asperitate cutis eidem non multum dissimilis. In dorso pinnas qvasdam gerit, sursum erectas,

(164) Her ved Trondhiem, saavel som paa andre Steder, har jeg ofte merket (saasom jeg og, i den 2den Tome af Act. Nidros. har tilkiendegivet) at man har kaldet Hannen til Haaskjerdingen, **Haabrand**: og er denne ogsaa tilligemed Haaskjerding-Unger mig ofte, under dette Navn, tilsendt; hvorfor jeg har længe tvivlet, om **Haabranden** var en, fra Haaskjerdingen, forskiellig Fisk, men, for nogen Tiid siden, er mig en **Haabrand-Unge** tilsendt, som endnu ey fuldkommen er kommen ud af Egget: og, paa denne kan jeg tydelig see, at den ingen Haaskjerding er, saasom den har Gump Finne (pinnam Ani.) og gandske andre Tænder end Haaskjerdingen. Saa vidt jeg af denne Unge kan stionne, bliver den Squalus *glaucus* Linn. eller Galeus *glaucus* Rondeletii hos Willoughby i hans ichthyot. tab. B. 8. Engelænderne Blew-Shark.

(164) Propter Nidrosiam aliisque in locis sæpius observavi, id quod & in act. Nidr. II. indicavi, Marem squali *Carchariæ Haabrand* vocari, quo nomine etiam foetus Canis Carchariæ sæpius ad me delatus est; quapropter diu dubius fui, an squalus *Haabrand* a *Carcharia* esset diversus; sed haud ita pridem foetus Squali *Haabrand*, ovo non prorsus exclusus, mihi in manus venit, qui, quum pinnam ani habeat, & dentibus a Squalo *Carcharia* differat, ad hanc speciem referri nequit, de qua re itidem in T. IV. act. Nidr. agendum est; unde apparebit, me eundem pro Squalo *glauco* Linn. habere, qui idem est ac Galeus glaucus Rondeletii apud Willoughbæum in ichthyol. t. B. 8. anglice *Blew-Shark*.

gemaade en ſkarp Hud. Paa Ryggen er den begavet med en opſtaaende Finne, hvilken den undertiden i ſin Fart fremviſer oven Vandet, endſkiont den med ſin ovrige Krop ſvommer derunder, og følgelig ey er tilſyne. Somme Tider bærer den ſig ad, ligeſom en Sælhund, ved at repſe ſig lige op af Vandet. Ofte afbider den Fiſkerens Snor, og den derpaa fangede Fiſk; dog hender det, at han ſelv bliver ved Fiſke-Krogen fangen.

erectas, qvas inter natandum aqva exſerit. Piſcatorum funes ſæpe demordet, qva tamen audacia & voracitate ipſe haud raro præda factus eſt.

I Finmarken forekommer en Fiſk, af Landets Indbyggere kaldet: Haa-Mær. Benævnte Fiſk er omtrent en Favn lang, haver en glat Hud, er paa Farven hviid under Bugen, men paa Ryggen morke-gron, og i ſin Skikkelſe hart ad ligner de ovenmeldte Springere. Leveren er rund, og, ſaaſom beſtaaende neſten af bare Fedme, Fiſke-Fangeren til Fordeel; Kiodet derimod duer intet (165).

Piſcis, cui Norvegice: Haa-Mær eſt nomen, hic qvoqve reperitur. Eſt idem trium circiter cubitorum longitudine, colore ſub ventre albo, per dorſum viridi, in nigrum vergente, piſci, qvi Norvegice: Springer vocatur, forma & habitu corporis non diſſimilis. Iecur, qvo abundat, admodum pingve eſt, & forma rotundum; caro inſipida & prorſus inutilis (165).

I det Finmarkiſke Hav befindes og een iblant alle Norſke Fiſkere bekiendt Fiſk, kaldet: Haa. Samme er morke-graa paa Ryggen, men hviid-agtig under Bugen, og haver

Galeum, Norvegice: Haa, piſcem, paſſim per Norvegiam notum & obvium, mare Finmarchicum pariter alit. Hujus generis piſces colore gaudent ſub ventre albo,

(165) Af denne Forfatterens Beſkrivelſe paa Haamæren, ſees nokſom, at den ligner allermeeſt Haabranden og Brugden, endſkiont Brugden har viſt nok ingen glat Hud. I ovrigt kiender jeg ikke Haamæren, naar den ſkal være forſtiellig baade fra Haabranden og Brugden.

(165) Ex iſta Squali *Haamær* dicti deſcriptione, quam plur. V. Auctor dedit, ſumma illius cum Squalo *Haabrand* & Squalo *maximo* ſ. Lamia, noſtratibus *Brugde* ſimilitudo dilucide ſatis apparet, licet Squalus *maximus* certe cutem ſcabram habeat. Ceterum Squalus *Haamær* mihi haud notus eſt, ſi & a Squalo maximo & a glauco ſit diverſus.

haver paa sin Ryg ved hver Ryg-Finne et lidet opstaaende stivt og spidst Horn, og, ligesom ovenmeldte Haae-Kiærring og Haae-brand, en skarp Hud, men ingenlunde er at ligne med dem i Storlighed, saasom befattende ikkun omtrent en Alen i Længde. Rumpen, ligesom dens øvrige Hud, er hvas, og bruges til adskilligt, iblant andet til at skure med. Leveren er af god Fedme, og giver rigelig Tran. Inde i sin Bug haver den Egge-Blommer, hvoraf en Deel Finmarkens Beboere tillave Pandekager. I de sydligere Norges Egne tilrede Bønderne deraf en Ret, kaldet: Haae-Dravle; men som disse Æg ey ere velsmagende, saa blive ey heller de deraf tillavede Retter angeneme. I Smag er vel benævnte Fisk ikke af de behageligste, dog lader den sig spise, til hvilken Ende man flekker, udspiler og vindtørrer den, og somme nedlegge den i Salt. Med dens Fangst omgaaes i Finmarken, ligesom paa andre Steder i Norge (166).

albo, parvoqve (ritu lamiarum, de qvibus supra) juxta utramqve dorsi pinnam cornu, acuminato eodem & sursum erecto. Ceterum Galeus lamia multo minor est, unius qvippe ulnæ longitudinis. Cauda, qvemadmodum & tota cutis, aspera est, & ad varias res utilis: jecur pingve & oleo abundans: in utero vitellos habet, ex qvibus placentas conficiunt indigenæ. In partibus regni Norvegiæ australibus jusculum ex galeorum ovis parant rustici, Norvegice: Haae-Dravle nuncupatum; verum, ut ipsa ova ingrati saporis sunt, sic etiam fercula ex iis parata. Et qvamvis ipse hicce piscis male sapiat, esui tamen esse poterit, si vel in aëre bene induratus fuerit, vel sale conditus. Modus galeos capiendi per totam Norvegiam idem est (166).

De Finmarkiske Hav-Vande ere begavede med en Mængde af Helle-Flyndrer; samme, saavel de smaa som de store, kaldes i Almindelighed af Normændene: Qvejte, og af Lapperne: Baldes. Ellers tilegne Lapperne enhver i sær af benævnte Fiske et særdeles

Passerum majorum ingens in oceano septentrionali copia datur. Hujus generis pisces, sive majores, sive minores, Norvegice communi nomine: Qvejte; Lapponice vero: Baldes, appellantur. Ceterum, piscibus hisce, pro magnitu-

(166) Denne er Squalus *acanthias* Linn. som ellers og kaldes Pig-Haa, og hvorom noget forekommer in Act. Nidros. II. 314. 315. 316.

(166) Est Squalus *Acanthias* Linn. nostratibus alias etiam *Pig-Haa* dictus, de quo aliquid in Act. Nidr. II. 314. 315. 316. habetur.

særdeles Navn efter deres Storlighed; thi de kalde en Helle-Flynder, der er af de allermindste: Ræjhjek. En, som er liden, dog ey af de mindste, nævne de: Gad. En, der befindes noget større, end disse, kalde de: Rad'ke - Guelle. Norvegice: en Styving. En, der er stor, dog ey af de allerstørste, give de Navn af Leppadak. En, som befindes af den Storlighed, at den kan fylde en Tønde, ja end et drægtigere Kar, heder hos dem: Oaaivadak. Angaaende Helle-Flyndrens Skikkelse, da ligner den i noget de gemeene Flyndrer, saasom værende, ligesom de, glat paa Huden, og i sin Skikkelse bred og flad med udstaaende Fiere fra begge Sider, men i visse Maader er den dem ulig ved at have, i Henseende til begges Proportion, et større Gab, saa og anderledes skikket Rumpe. Paa Ryggen er den nesten sort uden Spetter, men hvid under Bugen. Leveren duer fast til intet, men Rognen er meget nyttig, og iblant andet bruges af Landets Indvaanere i Steden for Æg at bestryge Brød med, da den gior samme Tieneste; desuden mænge de den med Meel, og bage Flade-Kager, det i Norge saa kaldede: Flad-Brød, af den. Af bemeldte Fisk beredes den saa kaldede Rav, Rekling og Skaarre-Qveite, som ey allene henbringes til Norges Egne, men endog til Danmark, maaskee ogsaa til udenlandske Steder, og formedelst sin nydelige Smag vel betales. (f) Naar en Lap fornemmer, at en Helle-Flynder

dinis, qva qvisqve gaudet, diversitate, diversum qvoqve nomen imponunt Lappones, passerem, omnium sui generis minimum: Ræjhjek: parvum, priori tamen paulo majorem: Gad; huic magnitudine proximum: Rad'ke-Guelle, Norvegice: Styving; hoc qvoqve grandiorem: Leppadak; & qvi tantæ molis est, ut integræ Tonnæ vel majori etiam vasi implendo sufficiat, Oaaivadak, appellantes. Passer major, lævitate cuticulæ, pinnis ab utroqve latere exstantibus totoqve insuper corpore, passeri vulgari fere similis est; magnitudine vero, majori oris hiatu & forma caudæ ab eodem multum differt. Passer major colore gaudet per dorsum propemodum nigro, absqve maculis, sub ventre albo; jecur nullius est usus, sed ova tanto præstantiora, utpote qvibus panes oblinere solent indigenæ; farina mixta in placentas cogunt, Norvegice: Fladbrød nuncupatas. Sæpius memoratum piscem in longa qvoqve segmenta dissecant, pinnasqve cum parte pingvissima succidunt, has: Rav, illas: Rekling vel: Skaarre-Qveite, nuncupantes, cujusmodi segmenta, non per totam duntaxat Norvegiam in magno sunt pretio, verum etiam in Daniam, & haud dubie ad exteros qvoqve vendenda exportantur, magni ubiqve, ob præstantissimum saporem, æstimata. (f) Lappo, cum passerem majorem

(f) Vid. Tab. LXXIV.

(f) Vid. Tab. LXXV.

Flynder haver fattet hans Fiske-Krog, trekker han den lidt til sig med Fiske-Snoren, derpaa, ved at give Snoren efter, lader den løbe; saaledes vedholdende Skifteviis at trække Fisken til sig, og ved Snorens Eftergivelse at give den frie Fart, indtil den har løbet sig tret og er gandske udmattet; hvorpaa han trekker den op lige til Siden af Baaden, og efter at have hugget den i Hovedet med en stor Jern-Krog, af de Norske kaldet Klæpp, med samme Krog indhaler den. Beskrevne Maade at fange Helle-Flyndrer paa, hvilken iblant Norske Fiskere er almindelig, bruges i Finmarken helst om Vaaren; men om Sommeren betiener man sig til benævnte Fiske-Fangst af et saa kaldet Gang-Vad, der er en lang sterk Line anhæftet med mange Fiske-Kroge ved nogle Favnes Distance fra hinanden. I dybt Vand og paa hvid Sandgrund have tit bemeldte Fiske sit Leye. Ved Bug-Øen hos Rafte-Siden i Øst-Finmarken falder efter Beretning et ugemeent Slags af Helle-Flyndrer, hvilke ere de andre ulige paa Farven, saasom sorte over alt, saavel under Bugen som paa Ryggen; disse siges at overgaae hine i Fedme og Velsmagenhed.

Finmarkens salte Vande eye og Flyndrer, der baade ere nydelige af Smag og smukke af Farve, saasom hvide paa Bug- og morke-brune med rødlige Spetter paa Ryg-Siden. Benævnte Fiske fanges meest ved en paa Bonden nedlagt Line, hvortil ved en

majorem hamo inhærentem senserit, funem repente attrahit; pisce autem vehementius obnitente, iterum laxat, qvod alternis vicibus continuat, donec piscis, currendo & obluctando prorsus defatigatus sit & debilitatus, qvo facto, funem porro attrahit inhærentemqve, sed jam non amplius resistentem, passerem, inflicto unco ferreo (cujusmodi instrumentum piscatorium Norvegi Klæpp appellant) in cymbam devolvit; qva passeres majores capiendi ratione, passim per Norvegiam usitata, Lappones verno tempore potissimum utuntur, æstate aliud Instrumentum, Norvegice: Gang-Vad dictum, ex fune, compluribus hamis, justo invicem intervallo distantibus, constans, adhibentes. Passeres majores, vel in profundo, vel in fundo maris, alba arena strato, degere solent. Iuxta insulam Bug-Øen, in Finmarchia orientali, Passeres occurrunt, in eo a ceteris sui generis discrepantes, qvod non per dorsum duntaxat, sed etiam sub ventre, adeoqve toti, nigri sint, & tam pingvedine, qvam sapore illis multum præstent.

Mare Finmarchicum passeres minores (Flyndrer) producit, colore & sapore præstantissimos; colore sunt sub ventre albo, per dorsum fusco, rubidis maculis passim intermicantibus. Passeres hujusmodi, partim fune, compluribus hamis,

en god Distance fra hinanden ere fæstede Fiske-Kroge med Mading af store sort-brune Madiker (167), som man af Sanden opgraver, deels ogsaa ved et med en Piig i Enden ansat Lodd, hvilket man, hvor Fisken sees at ligge paa Bonden, lader ved en Snor lobe ned for at giennembore den. Foruden de bemeldte, hvilke i en Deel Norges Egne bære Navn af Guld-Flyndrer (168), fanges der i Finmarken et Slags Flyndrer, der ere skarpe paa Huden; disse kaldes af de Norske Sandskraa (169), og af Lapperne: Guormak.

Torsk, hvorved Finmarkens Handel meest florerer, gives der i Landet i stort Forraad og af adskillig Slag. Saa skionne Kabeljauer, som noget Land kand frembringe, faaes der. Om Sommeren begiver sig fra Havet ind i Finmarkens Fiorde et Slags korte

qvibus esca ex fuscis qvibusdam vermibus (167), e sabulo littoreo erutis, appenditur, obsito, atqve per fundum maris extenso; partim bolide, unco ferreo munita, atqve in passerem, in arenoso fundo secure jacentem, toto suo pondere demissa, capi solent. Plures præterea passerum species dantur, qvorum alii Norvegice: Guld-Flyndrer (168); alii, qvibus aspera cutis est, Norvegice: Sandskraa (169), Lapponice: Guormak, appellantur.

Asellus varius sev major, ejusqve variæ species, omnes sui generis præstantissimi, merciumqve, qvibus sic dictum commercium Finmarchicum maxime & constat & floret, pars magna, ingenti in hoc oceano copia reperiuntur; certe, non

(167) Lumbricus marinus Fn. Sv. 2074.

(168) Dette Slags kaldes ellers Vaar-Flynder Pleuronectes *Platessa* Fn. Sv. 328. Ström. Søndm. I. 276. paa Dansk: Rød-Spette, Skulle.

(169) Denne synes at være Pleuronectes *Flesus* Fn. Sv. 327. som Hr. Ström kalder Sand-Skjebbe, Helje-Flynder; og mener at være den samme, som paa andre Steder kaldes Skrubbe-Flynder; endskiønt Skrubbe-Flynder er, efter Hr. Procantzler Pontopp. Danske Atl. I. 649. n. 4. Pleuronectes *Limanda* Linn. og man her til Lands kalder ogsaa Pleuronectes *maximus* Fn. Sv. 325. med dette samme Navn.

(167) Lumbricus *marinus* fn. sv. 2074.

(168) Hæc species alioquin *Vaar-Flynder* dicitur, Pleuronectes *Platessa* fn. sv. 328. Ström. Söndm. I. 276. Danis *Röd-Spette*, *Skulle*.

(169) Hic Pleuronectes videtur esse *Flesus* fn. sv. 327. quem ven. Ström. *Sand-Skjebbe* it. *Helje-Flynder* vocat & eundem habet ac Pleuronectem, qui alibi in Norvegia vernacula *Skrubbe-Flynder* audit, licet hoc ipsum nomen vernaculum a Danis Pleuronecti *Limandæ* Linn. (Pontopp. Atl. Dan. I. 649 n. 4.) & a Nidrosiensibus etiam Pleuronecti *maximo* fn. sv. 325. tribuatur.

korte Torske med tkiudt Hoved (170), hvorved disse kiendes fra de, der hele Aaret sammesteds holde sig, og baade falder magrere og paa Kiedet grovere. Ved Jule-Tider ankommer nær Landet en med Rogn rigelig begavet Torske-Art, kaldet af Indbyggerne: Soelhovve-Torsk (171). Paa sine Tider fanges der et Slags mindre Torske, som allevegne i Norge bære Navn af Tare-Torsk (172), fordi de helst vil være iblant Tanget nær Bonden. Samme befindes til Deels morke-brune, til Deels lys-brune, alt efter den Grunds Farve, hvor de have sit Tilhold. I Almindelighed heder en liden Torsk hos de Norske: Modd og Kroppung (173), hos Lapperne: Gakran og Rudnok. Efter Stedernes adskillige Beskaffenhed gaaer Torske-Fangsten udi Finmarken paa adskillige

non aliud mare meliores producit. A salo, in interiores sinus æstate adveniunt aselli qvidam, statura breves, capitibus rotundis (170), unde ab aliis sui generis, qvi per totum annum ibi durant, macrioresqve existunt, dignoscuntur. Circa tempus nativitatis Christi, alia qvoqve asellorum, præstantissimis ovis prægnantium, species, littoribus appropinqvat; incolæ: Soelhovve-Torsk appellant (171); dantur præterea minores qvidam aselli, a locis, qvæ freqventant, algosis, Norvegice: Tare-Torsk (172) nuncupati: hi a fundo, ubi maxime degunt, modo fuscum, modo in album vergentem, colorem induunt. Ceterum, asellum varium minutum & nondum adultum Norvegi: Modd, vel: Kroppung (173); Lappones

(170) Kaldes ellers Sild-Torsk, og holdes for at være en Varietet af Vaar-Torsken eller Skrejen, Gadus *Morrhua* Fn. Sv. 308. som Forfatteren før har anført under Navn af Kabeljau.

(171) Eller Soolhverv-Torsk; hvilken og, efter Hr. Ströms Forklaring, er intet andet end en Varietet af bemeldte Vaar-Torsk: den kaldes og Opstig-Torsk; hvortil Aarsagen findes hos velbemeldte Hr. Ström i hans Sundm. Beskr. I. 318.

(172) Eller Röd-Torsk, som er Gadus *calarias* Fn. Sv. 307.

(173) Den, egentlig saa kaldede, Smaa-Torsk eller Kroppung er Gadus *barbatus* Fn. Sv. 311. Hollændernes Bolk.

(170) Hæc species Gadi alias vernacula *Sild-Torsk* nuncupatur & varietas Gadi *Morrhuæ* fn. sv. 308. Norvegice *Vaar-Torsk* it. *Skrej* statuitur, quem Dn. Auctor ante nomine *Kabeljau* memoravit.

(171) Vel *Soolhverv-* it. *Opstig-Torsk*, qui quidem itidem a V. Dn. Ström. in descript. Söndm. I. 318. pro varietate Gadi *Morrhuæ* numeri prægressi habetur.

(172) Vernacula etiam *Röd-Torsk* appellatur & est Gadus *Calarias* fn. sv. 307.

(173) Gadus, quem nostrates *Smaa-Torsk* vel *Kroppung* proprie & specifice vocant, est *barbatus* Linn. fn. sv. 311. Belgis *Bolk*.

adskillige Tider i Aaret an. Neppe ere benævnte Fiske nogensinde, Sommer eller Vinter, Vaar eller Høst, saa aldeles Stedet undvigede, at jo et eller andet Slag af samme, om ikke altid i Mængde, saa dog til nodtorftig Ophold kan bekommes. Man fanger dem Deels med en Fiske-Snor, som man lader lobe ud af Baaden ned imod Bonden, og haler til sig igien, naar Fisken fornemmes at have fattet Krogen, deels med en Line, som anheftes med mange Fiske-Kroge ved en god Distance fra hinanden, og legges langs Bonden; men Garn til bemeldte Fiskes Fangst ere ikke der i Landet, som i de sydligere Norges Egne, i Brug (174). De Torske, der bekommes om Vinteren, blive gierne Ladviis, een over anden, raa henlagte i en saa kaldet Fiske-Skiaae, der er et Huus, bestaaende af durchsigtige Sprinkel-lige Vegge, igiennem hvilke Vinden kan trænge ind, hvor da samme Fiske holde sig hele Vinteren friske og frosne, og blive der liggende indtil Foraaret, da man, efterdi Luften begynder lidt at formildes, og de at ville skyde Jisen, derfra udtager dem, og henger dem uflakte op paa en dertil dannet Stillads eller saa kaldet Fiske-Gield, for at torres. De Torske, der fanges om Foraaret, blive iligemaade paa benævn-

vero: Gakran & Rudnok, vocare solent. Tempus asellos varios capiendi, pro locorum in Finmarchia diversitate, multum qvoqve variat. Verum, licet memorati pisces certis anni temporibus littora frequentiores subeant, qvam alias, nunqvam tamen prorsus desiderantur. Capiuntur partim fune, hamo cum appensa esca instructo, atqve e cymba in fundum demisso; partim fune, compluribus hamis obsito atqve per fundum maris extenso. Retia, usitatissima alias, imprimis apud incolas Norvegiæ australes piscandi instrumenta, apud Lappones non sunt in usu (174). Aselli majores, qvi hyeme capiuntur, in tabernis qvibusdam piscatoriis, parietibus cancellatis ita constructis, ut ventis perflari qveant, recentes ac crudi, per strata, reponuntur. Pisces, vi frigoris gelu adstricti, in hujusmodi tabernis, qvas: Skiaae indigenæ vocant, in ver incolumes edurant, qvo tempore, cum coelum jam paulatim mitescere incipit, ne resoluti putrescerent, inde depromuntur, atqve in alia taberna, Norvegice: Fiske-Gield nuncupata, vento exsiccandi suspenduntur. Aselli, verno tempore capti, exemptis visceribus, in taberna,

Fiske-

(174) Paa nogen Tiid er Torske-Garn endog i Nordlandene stærkt kommen i Brug, i sær i Rafte-Sundet. Ellers see Hr. Ström. Sundm. I. 317. og 431.

(174) Iam ita pridem retia vel & in Norlandia, præsertim autem in freto Rafteſundet, Gadis capiendis frequentius adhibentur. Ceterum vid. Ström. Søndm. I. 317. & 431.

benævnte Stillads uſiakte ophængte, og derfor bære Navn af Rundfiſk og Stokfiſk; men de, der ſaaes om Sommeren, ſiekker man, og derefter henger dem op; thi uſiakte beſtaaer de ſig ey ſaavel imod Sommerens Hede og de Orme, ſom Spye-Fluerne (175) anſetter. Diſſe gives Navn af Rotſkiær. Foruden bemeldte falder at agte, at en Stokfiſk, ſom i Luften fryſer tor, bliver gierne myg, eller ſom man kalder det, foos, ſaa at, vil man trykke paa den med en Finger, giver den ſig, ſom en Svamp, derunder, og at de, ſom tyk Taage paafalder, imedens de henge i Luften for at torres, faae gemeenlig en ſlet og Kiøbmanden mishagelig Farve paa Skindet.

En Fiſk, kaldet: Torſke-Konge (176), befindes og i de Finmarkiſke Farvande. Samme haver en Pukkel paa Hovedet, ſom agtes Fiſke-Gield dicta, vento exſiccandi, pariter ſuſpenduntur. Hujusmodi piſces, a forma, qvam ita tractati conſeqvuntur, Rundfiſk, vel Stokfiſk, appellari ſolent; qvi vero tempore æſtivo capiuntur, ni per medium, exemptis viſceribus & dorſi ſpinis, fiſſi fuerint, ob aëris, ea tempeſtate, calorem, nec non vermiculos, qvos muſcæ ponunt (175), a putredine nulla ratione conſervari poſſent. Piſces, hoc modo tractati: Rotſkiær nuncupantur. Ceterum, harum rerum gnaris obſervatum eſt, aſellum, Stokfiſk dictum, ſi frigore induretur, ſpongioſum fieri; eundemqve, ſi tempore, qvo exſiccandus eſt, aër nebuloſus obtigerit, colore qvodam, mercatoribus minus grato, imbui.

Littora Finmarchiæ piſcis etiam ſubit, qvem: Torſke-Konge ɔ: aſellorum variorum Regem, indigenæ vocant (176).

Gaudet

(175) Muſca *vomitoria*, antennis plumatis piloſa, thorace nigro, abdomine cœruleo nitente Fn. Sv. 1831.

(176) Saadan en har jeg, i Aaret 1759, faaet paa Sand i Nordlandene; men er mig ſiden forkommen. Saa meget kan jeg erindre, at den ſaae ud ſom en Torſk af maadelig Størrelſe, og at Pukkeln paa Hovedet ey var ſynderlig mærkelig; dog var den og gammel og tørret. Efter den Efterretning, Hr. Ström har havt om denne Fiſk, ſkal den og ikke være noget andet end en Artforandring af Vaar-Torſken eller Kabeljauen. See Ström. l. c. S. 319. og om Broſme-Kongen S. 273. ſamt Pontopp. N. M. H. II. 178. om Fiſke-Kongen.

(175) Muſca *vomitoria* antennis plumatis piloſa, thorace nigro, abdomine coeruleo nitente fn. ſv. 1831.

(176) Talem in paroecia Norlandiæ Sand a. 1759. nactus ſum, quem tamen in præſenti ad manus non habeo. Referebat idem Gadum magnitudinis mediocris, nec extuberantia, quam in capite habebat, valde notabilis erat. Loquor autem de piſce admodum ſiccato. Per relatus, quos V. Dn. Strömius inaudivit, regulus hicce Gadorum nil niſi varietas Gadi *Morrhuæ* habendus eſt. Vid. Ström. l. c. 319. col. p. 273. nec non Pontopp. H. N. N. II. 178. de regulo piſcium, vernacula: *Fiske-Konge*.

agtes for dens Krone, en steyl flad Pande og længere Underkiæbe end Overkiæbe, men er i øvrigt skikket ligesom de gemeene Torske. Som Bie-Kongen er Biernes Veyviser, saa siges benævnte Torske-Konge at være Torskenes Anforer, der efter Naturens Drift ledsager dem fra det store vilde Hav ind til Landet i saa nær samlet Hob, at de i Vandet lade sig anse nesten som pakkede sammen; hvorfor og en saadan Samling af Fiske bliver af Norges Beboere kaldet Fiske-Bierg. Bemeldte Torske-Konge fanges sielden, uden iblant en stor Mængde, da Fangsten hyppig tilgaaer. Efter Fiskernes Beretning giver dens Hud grandgivelig tilkiende, at den har havt mange flere Fiske i Følge med sig, og af samme haver været omgiven og trængt. I den Sted Hovedet aftages andre Torske, forend de blive i Luften udhængte til at torres, henger man denne op tillige med Hovedet. Gemeene Mand holder for, at hvo der faaer fanget en saa kaldet Torske-Konge, bekommer fra den Dag af god Lykke til Fiskerie.

Det Finmarkiske Hav yder og Langer (177), af hvilke de beste faaes i Kielviigs og Ing-Dens Farvande.

De

Gaudet is in capite tuberculo qvodam, in formam coronæ surgente, fronte præterea lata, mala inferiore, paululum prominente; ceterum reliqvis sui generis per omnia similis est. Et qvemadmodum apes suum habent Regem, totius examinis ducem, sic etiam modo memoratus asellorum Rex suis dux præire viamqve a profundo mari ad littora tendentibus, Deo ita sapientissime ordinante, monstrare dicitur. Hinc rarissime occurrit, nec nisi inter conferta asellorum variorum agmina, qvæ indigenæ, ob multitudinem & densitatem, Fiske-Bierg appellant, capitur. Asserunt piscatores, ex attrita hujus aselli cute facile apparere, inter plures eum fuisse ibiqve valde vexatum & exagitatum. Asellus Rex, integer in aëre induratur, secus qvam ceteri, qvibus, priusqvam vento exsiccandi suspenduntur, capita detruncari solent. Credit superstitiosum vulgus, piscatorem, cui asellum Regem cepisse contigit, ab eo tempore valde fortunatum fore optimoqve in posterum in piscatione exercenda successu fruiturum.

Aselli longi (177) in Finmarchia etiam dantur, qvorum optimi sunt, qvi juxta Kiælvigiam & insulam Ing-Den, capiuntur.

Asellus

(177) Gadus *Molua* Fn. Sv. 313. See for Resten Ström l. c. S. 292.

(177) Gadus *Molua* fn. sv. 313. ceterum vid. Ström. l. c. 292.

De allevegne i Norge bekiendte Fiske, kaldede: Graasey (178), haver Finmarken nok af, ey allene de mindre, men endog de store, hvilke man i Norge nævner: Sey-Obs. (g) Foruden den almindelige Maade at fange sidstbenævnte Fiske paa, bruge og Lapperne denne, at man staaende fremme i Baaden nær dens Forstavn, og havende i Haanden en lang Stang med en hvas og sterk Jern-Krog i Enden, dermed hugger og slænger dem, een efter anden, ind i Baaden, naar de mange tillige ved Siden af hinanden svomme paa Vandet. (h) Undertiden begive benævnte Fiske sig til saaledes at svomme nær en Strandbred, hvor der er dybt Vand; naar saa skeer, fanger man dem, som

Asellus niger, vulgo Graasey (178), tam major, qvam minor, piscis, per Norvegiam notissimus, in mari Finmarchico perfreqvens est. Qvi ex hoc piscium genere majores sunt, Norvegice: Sey-Obs nuncupantur. (g) Præter vulgarem, & alibi per Norvegiam usitatam, asellos nigros capiendi rationem, seqventem qvoqve excogitarunt Lappones: piscibus hisce, magno numero & qvasi facto agmine, in mari ludentibus ac strepitantibus, insidiosus piscator, in prora stat, pertica hamata instructus, qva unum post alterum figit & magna agilitate in cymbam conjicit. (h) Accidit haud raro, qvod & mihi ipsi sæpius vi-

(g) Vid. Tab. LXXIV.
(h) Vid. Tab. LXXV.

(178) Gadus *virens* Fn. Sv. 309. Om Sommeren gaaer denne gierne, hvor der er grundt eller ey meget dybt Vand, og synderlig i Strømmene, hvor den jager efter Sild- og Rød-Aat (Scolopendra *plana*, pallida; linea longitudinali rufa Linn. it. Vestgoth. 191. ſ.) og driver saaledes begge op i Vandet, hvilket lokker Maagerne til; saa at der gierne følger Sejen en utallig Mængde Maager. Men, om Vinteren, søger den ud paa Dybet; hvorfor det sielden skeer, at man, til den Tiid, fanger den, med mindre Silden kommer ind i Fiordene, da man nok kan treffe til at faae i sær den største Varietet deraf, som vi kalde Sej-Ufs, og Forfatteren Sej Obs.

(g) Vid. Tab. LXXIV.
(h) Vid. Tab. LXXV.

(178) Gadus *virens* fn. sv. 309. æstate hic Gadus torrentes maris præsertim amat, ubi harengos & varia insecta, Norvegice *Aat*, & inter ea præcipue insectum marinum, nostratibus, a colore rufo, *Röd-Aat* dictum (Scolopendra plana, pallida; linea longitudinali rufa Linn. it. Vestgoth. 191. ſ.) persequitur & in summam aquam adigit, id quod Laros allicit, quocirca Gadum *virentem* in torrentibus innumeros Laros semper comitari videmus. Hieme autem altum pelagum petit, quapropter & isto anni tempore raro capitur, nisi harengus forte sinus maris petierit, quum haud raro contingit, ut etiam tempore hyberno capiatur Gadus *virens* & in primis varietas ejus multo major, nostratibus *Sej-Ufs* vel, ut auctori, *Sej-Obs.*

som jeg selv nogle gange saae, ved at staae paa Landet, og med bemeldte Stang og Krog hugge og ophale dem af Vandet lige paa Land.

I Finmarken forekommer og et Slags Fiske, af Landets Indvaanere kaldet: Soborting (179). Benævnte Fisk haver under Bugen Ansigt-Farve, og paa sin ovrige Hud en glindsende Solv-Farve. Kiodet befindes rødt, og af Smag nydeligt.

En allevegne ved den Norske Soekyst bekiendt Fisk, kaldet af Norges Norske Beboere efter Stedernes adskillige Dialecter: Rogn-Kiolse eller Rogn-Kiække (180), og af Lapperne: Akkazinzo, er ogsaa en af Finmarkens Saltvands-Fiske; samme befindes paa Farven bruunagtig, i sin Skikkelse kort og tyk med udstaaende Takker fra begge Sider, og rigelig begavet med Rogn. For Folkes Gane er den ey af Smag behagelig, men desmeere velsmagende for Otteren, som helst deraf tager sin Føde.

Ypperlig fede Sild af adskillig Slag teer sig undertiden i den Finmarkiske salte Soe;

(179) Salmo *Trutta* Fn. Sv. 347. paa Dansk: Laxørt, og Hannen: Krogørt.

(180) Cyclopterus *Lumpus* Fn. Sv. 320.

disse contigit, ut integra memoratorum piscium agmina, in ipsum littus ludendo involent, qva data occasione, non sibi desunt piscatores, sed stantes in littore, pertica illa hamata, cujus modo memini, multos figunt & in terram conjiciunt.

Piscis qvidam, indigenis: Soborting dictus (179), colore sub ventre russo, per reliqvam autem cutem argenteo, carne rubida, sed admodum delicata, in hoc mari etiam occurrit.

Piscem, passim per Norvegiam notum, pro variantibus locorum dialectis modo: Rogn-Kiolse, modo: Rogn-Kiække (180); Lapponice autem: Akkazinzo, nuncupatum, inter ceteros pisces Finmarchiæ marinos, pariter reperire licet. Est idem piscis colore fusco, forma corporis brevi & crassa, pinnis acutis, ab utroqve latere exstantibus, ovis, supra qvam dici potest, abundans. Caro, qvanto minus hominum palato arridet, tanto gratior est lutris, qvæ huncce piscem, qvam omnes alios, malunt.

Haleces, eæqve sui generis præstantissimæ, copia propemodum incredibili hæc

(179) Salmo *Trutta* fn sv. 347. Danice: *Lax-Ört*, & ubi de solo Mare sermo fuerit, *Krog-Ört*.

(180) Cyclopterus *Lumpus* fn. sv. 320.

Efterdi en Deel med Kirke-Tienden vare benaadede, med Vilkaar, at holde dennem forsvarligen ved lige, udgav Høylovlig Ihukommelse Kong Frideric den Tredie fra Aggershuus Slot den 28 August 1648 til Stadtholderen, Hr. Hannibal Sehested, en allernaadigst Befalning, at lade tage Besigtelse over Kirkerne, for at erfare, om de tilborligen ved lige holdtes, i hvis Mangel de, som Kirke-Tienden var bevilget, skulde have bemeldte Benaadning forbrudt.

Hvad Laxe-Tienden i Finmarken angaaer, da findes derom foruden andre Kongelige Anordninger ogsaa disse, at paa Amtmandens allerunderdanigste Foresporgsel udgav Høylovlig Ihukommelse Kong Chri-

edito, ad reliqvos qvoqve ejusdem Præfecturæ sacerdotes, pertinere voluit clementia regia. Decimis itaqve ex Nordlandorum in Finmarchia piscatione Clero istius Præfecturæ clementissime concessis, æqvatio inter Finmarchiæ & Nordlandiæ sacerdotes Anno MDCLXXXV. vi mandati regii ita facta est, ut incolæ Nordlandiæ, circa littora Finmarchiæ piscantes, alteram Decimarum partem Pastori illius loci, ubi pisces ceperant, alteram reduces proprio sacerdoti persolverent.

Qvandoqvidem pars Decimarum, Templis persolvenda, jam huic, jam illi privato speciali gratia indulta fuerat, ea lege, ut beneficio istoc fruentes ædium sacrarum structuras sartas tectasqve conservarent; Fridericus III. gl. m. ad Proregem Norvegiæ, illustriss. Dominum Hannibalem Sehested, ex arce Aggershusiensi d. XXVIII. Augusti Anni MDCXLVIII. clementissime rescripsit, curaret sedulo, ut Templorum structuræ bene conservarentur, denunciaretqve, qvibus hæc ædilitas concredita erat, ni conditionem rite & exacte impleverint, dato beneficio actutum privandos fore.

De Decimis, qvæ ex captura salmonum in fluviis Finmarchiæ facta, solvuntur, sciendum, qvod, præter alias Constitutiones regias, Christianus V. gl. m., a regionis istius Præfecto submisse con-

Christian den Fierde Befalning af 19de Octobris 1629, at Field-Lapperne skulde yde Tiende af den Lax, som i Neidens Elv fangedes; men som de i bemeldte Elv fiskende Finner undsloge sig, for at erlegge samme, efterdi Munkene Osten for Vardoe-Huus ey heller ydede Tiende af deres Laxe-Fangst, lod Allerhoystbemeldte Konge den 15 December 1640 fra Kolding-Huus Slot atter Befalning udgaae, at bemeldte Elvs Laxe-Fiskere skulde rette sig efter den forhen udgangne Kongelige Ordre, saa fremt de ey vilde lide Tiltale ꝛc. Saasom, dette uagtet, et Aar efter andet løb hen, uden at nogen Tiende af samme Elvs Fangst blev svaret, lod Vardoe-Huus Amtmand den 22de August 1653 bemeldte Neidens Finner for Retten tiltale, fordi de havde viist sig Hans Kongelige Majestets allernaadigste Befalning overhorige, ved at indeholde den paabudne Tiende af den Lax, som de aarlig i ovenbenævnte Neidens Elv fangede, uanseet samme Elv tilhorte Norges Krones Stromme. Deres Svar blev, at de ey understod sig at yde den paa-æskede Tiende, saasom Russe-Fogden havde forbudet dem at erlegge samme, endskiont de efter egen Tilstaaelse i Mands Minde havde afhandlet deres Fangst af Laxe- og ovrige Fiskerie til Bergens Borgere, altsaa til Norges Indbyggere, og for Retten blev gotgiort, at tit bemeldte Elv i forrige Tider havde været brugt af Varangers Finner, og henhorte til deres sædvanlige Fiske-Steder.

consultus, d. XIX. Octobris Anni MDCXXIX. Edictum promulgaverit, qvo Lappones montani ex salmonibus, in fluvio Neiden captatis, Decimas solvere jubentur; qvi vero cum imperata facere recusarent, prætextu usi, Monachos, prope Wardehusiam, orientem versus, piscantes, nullas olim ex captis salmonibus Decimas dedisse, alte memorata Regia Majestas ex arce Coldinghuus d. XV. Decembris Anni MDCXL. novum promulgavit Edictum, qvo prædicti Lappones, sub gravis pœnæ comminatione, imperata prompte & obedienter facere jubentur. Interim per complures annos agitata fuit hæc controversia, qvapropter Præfectus Finmarchiæ regius d. XXII. Augusti, Anni MDCLIII. renitentes & contumaces Lappones solenni citatione in jus vocavit. Citati in foro comparent, qvibus poterant, rationibus sese purgantes, & perhibentes, qvod imperatas Decimas persolvere non potuerint, a qvæstore Moschovitico prohibiti. Interim confiteri cogebantur, idoneis testibus convicti, merces se suas civibus Bergensibus, adeoqve Regni Norvegiæ incolis, vendidisse, qvemadmodum liqvido qvoqve evictum fuit, Lappones Varangrienses, in memorato fluvio a remotissimis temporibus piscari solitos fuisse.

Angaaende Hvalfisk-Tienden, tiener iblant andet følgende til Underretning, at af den Contract, som i Aaret 1590 paa Vardøe blev sluttet imellem Kibergs, Ekkre-Øens og Vas-Øens Normænd og Varangers Finner, erfares, at der paa de Tider svaredes Tiende af fundne Hvalfiske, samt hvorledes dermed forholdtes. Ved en Kongelig Ordre, dateret Kronborg den 22 April 1617, blev Vardøe-Huus Amtmand af Høylovlig Ihukommelse Kong Christian den Fierde befalet at undersøge, om det fra Arilds Tiid saa havde været, og agtedes ret og billigt, at Tienden af den halve Hvalfisk skulde høre Finnerne til; men, saa fremt Contrarium befandtes, skulde saadan Tiende efter samme Kongelige Befalnings Indhold aldeles være afskaffet. Den 19 Octobr. 1629 udgav Allerhøystbemeldte Konge Forbud, at Hvalfangerie i Finmarken ey maatte tillades noget med Pas uforsynet Skib, hvortil en Skipper, ved Navn Povel de Wilhelm, som uden Pas øvede Hvalfangst der i Landet, og ingen Told eller Tiende deraf vilde betale, gav Aarsag.

Adskillige Irringer forefaldt om Tran-Tiendes Erleggelse, til hvilken somme ey vel vilde lade sig bequemme. Men at der og siden

De Decimis, qvæ ex captura balænarum solvuntur, porro observandum est, ex Conventione qvadam, inter incolas Kibergiæ insularumqve Ekkre-Øen & Vas-Øen, Norvegicos, atqve Lappones Varangrienses Anno MDXC. facta, constare, Decimas ex demortuis, balænis, in littore repertis, tunc temporis persolutas fuisse. Præfectus Wardehusiensis, diplomate, in arce Cronæburgo d. XXII. Aprilis Anni MDCXVII. signato, a Rege Christiano IV. gl. m. diligenter inqvirere & cognoscere jussus est, num antiqvitus revera obtinuerit, justumqve ptæterea & æqvum fuerit, ut Decimæ ex dimidia balænarum, in littore repertarum, parte, Lapponibus concederentur. Qvodsi, inqvisitione rite facta, res se aliter habere deprehenderetur, Decimatio hujusmodi in posterum prorsus cessaret. Anno MDCXXIX. alte memorata regia Majestas interdictum promulgavit, ne cui nauclero, justo commeatu non munito, balænas in oceano Finmarchico venari in posterum licitum foret, nauclero qvodam, nomine Povel de Wilhelm, sine commeatu ibidem piscante Decimasqve ex captura solvere detrectante, promulgati interdicti occasionem præbente.

Ratione Decimarum ex oleo, vulgo Tran dicto, persolvendarum, variæ qvoqve difficultates obortæ sunt, nonnullis

siden skulde ydes Tiende af Tran, ja endog af Multebær, viser en Kongelig Octroy-Forordning, dateret Friderichsborg den 16 Maji 1691. Nu er den Tiende, ikke rettere jeg veed, forlængst ophævet.

—

Nu omstunder ydes Fiske-Tienden i Finmarken efter Vegt. Ved dens Erleggelse holdes, i sær i Octroyes Tiid, da Indbyggerne ere forbundne til allene at handle med Stedets Handels-Betiente, og have ingen ankommende Frihandlere at gaae til, noyagtig Rigtighed, saa at, om Hans Kongelige Majestet, Kirken og Kirkens Tienere fik saa rigtig deres Tiende af Avlingen paa andre Steder i Norge, som den bekommes i Finmarken, forbedredes enhvers Indkomme derved ikke lidet. Fiskerne selv kan vanskelig understikke noget; thi sine Fiske-Varer faae de ikke vel afhændigede, uden til Stedets Handels-Betiente, og, naar de sælge ham dem, maa de tillige svare ham den deraf gaaende Tiende, saa at, naar de sælge 1 Vog Fisk, maa de veye 8 Mark over, hvilke ey betales, men regnes for Tiende. Naar de sælge 5 Voger, faae de kun Betaling for 4 og en halv Vog. Sælge de 10 Voger, betales ikkun de 9, og saa fremdeles; resten afkortes dem i Tiende. Et Fad Lax

nullis easdem solvere detrectantibus. Decimas vero, non tantum ex hujusmodi Oleo, verum etiam ex chamæmoris Norvegicis (indigenæ Multebær appellant) postea persolutas fuisse, ex Diplomate regio, die 16 Maji MDCXCI. Fridericoburgi super hac re promulgato, abunde liqvet, cujusmodi tamen Decimatio dudum, qvantum scio, abrogata est.

Decimæ ex piscibus secundum pondus hodie persolvuntur, & qvidem accuratissime, hoc præsertim tempore, cum incolæ solis Commercii procuratoribus, in Finmarchia commorantibus pisces suos vendere tenentur, nullis aliis institoribus & propolis existentibus, qvibuscum clanculum agere possunt, & profecto, si Decimæ alibi per Norvegiam, Regiæ Majestati, Templis Templorumqve ministris tanta, qvanta per Finmarchiam, accuratione persolutæ fuerint, emolumentum haud exiguum inde sperandum esset. Neqve piscatoribus fraudi locus est; nulli enim præter mercatores Hafnienses institores dantur, qvibus merces suas vendere possunt; & qvoties mercatori societatis Hafnienſis qvidqvam venditur. Decimæ ex vendito eidem simul tradendæ sunt, ita ut, si decem libræ piscis venduntur, mercator pretium pro novem tantum vendenti solvit, decima in Decimas cedente. Ex qvavis Tonna salsi

Lax er ansat for 5 Rixdaler; deraf svares Tienden med 2 Ort. Handels-Forvalteren, hvilken, som meldt, af Fiskerne annammer Fisken tillige med den deraf gaaende Tiende, kan ikke heller, uden at blive en Meen-Eeder, begaae Underslæb med, men maa giøre rigtig Regnskab for den Fiske-Tiende, han af Fiskerne haver oppebaaret; thi al Fisken, baade den, han for Kiøbmands Regning sig haver tilforhandlet, og den, han haver annammet, sam een Kongen, Kirken og Præsten tilhørende Tiende; lader han udskibe paa de til at afhente Landets Varer paa Havnen ankomne Kiøbmands Skibe, og, naar et Skib haver indtaget Ladningen, maa han med en skriftlig be-eediget Attest specificere, at han saa og saa mange Fader Lax, saa og saa mange Voger Stokfisk, saa og saa mange Voger Rotskiær ꝛc., og ikke meere haver ladet udskibe. Skipperen, der imodtog Varene, maa paa sin Side ligeledes skriftlig be-eedige sin indtagne Ladning.

salsi salmonis, qvæ V. Thal. æstimatur, unum didrachmum, seu dimidium Thaleri, loco Decimarum solvitur. Ipsi Commercii Procuratori fraudem committere æqve difficile est; acceptarum enim Decimarum rationem exacte reddere jurejurando tenetur; & qvicqvid piscis vel sibi ipsi emerit, vel loco Decimarum, Regi, Templo & Pastori persolvendarum, acceperit, id omne in naves, huic usui transmissas, imponendum curat, naviqve onusta, attestationem juramento confirmatam dare tenetur, se tot omnino, nec plures nec pauciores, salsi salmonis Tonnas, tot piscis, cujuscumqve, generis, libras, in navem imposuisse, sicut & nauclero injunctum est, solenni juramento attestari, memoratatam se piscium &c. qvantitatem & numerum a Procuratore recepisse.

14. Capitel.
Om
Lappernes Fabrigver.

Lappernes Qvinder berede Ræve-Skind, Otter-Skind, Rensdyr-Kalve-Skind ꝛc. Med Bereedningen omgaaes saaledes: Først afskrabe de med et Redskab af Jern, kaldet: Jekko, den Hinde, som sidder paa Skindets indvendige Side, saa besmøre de det med Tran, og derpaa holdende en Ende af samme i hver Haand, og skydende det fra sig med den eene Haand, naar de drage det til sig med den anden, trække det igiennem et i Eggen maadelig hvast, og i sin Skikkelse en Lee lignende Jern-Redskab, eller saa kaldet Spierko, hvilket haves fæstet til Veggen inde i deres iboende Hytte. (p) De hænge Rensdyrenes Fod-Sener op til at tørres, og derefter ved Slag af en Øxe-Hammer, samt anden deslige Behandling giøre dem myge, indtil de blive, som en Uld, af hvilken de, ey ved at spinde den paa Rok eller Teen, men ved at gnie den med flad Haand op og ned paa Kind-Beenet, tilreede sig Traad til at sye med. (q) De bordere med Tin-Traade Beltet, som bindes om Rensdyrets Liv, og Kraven, som hænges om dets Hals, Penge-

Punge,

(p) Vid. Tab. LXXVI.

(q) Vid. Tab. LXXVI. og LXXVII.

Caput XIV.
De
Opificiis Lapponum.

Varias pelles, vulpinas, vitulinas rangeferinas, lutrarum aliorumqve animalium, concinnare, foeminarum est. Membrana, istiusmodi pelles ambiente, instrumento qvodam ferreo, qvod Jekko ipsi nuncupant, abrasa, ipsam pellem, oleo ex jecinore piscium expresso, perungunt, perunctamqve per machinam qvandam ferream, altera sui parte acutam, falci non multum dissimilem, & parieti casæ affixam, reciprocando trajiciunt. Hujusmodi Instrumentum Spierko Lapponice appellatur. (p) Nervos, pedibus rangiferi exsciscos torrent, torrefactosqve tamdiu contundunt & in varia comminuunt frusta, donec in mollitiem lanæ transierint; & sic, qvantum satis est, comminutos & emollitos, palma ad maxillam affricando, in tenuissima fila contorqvent. (q) Cingula & frontalia, qvibus rangiferi vectarii exornari solent, marsupia & mastrucarum oras, filis stanneis artificiose pingunt. Modus, qvo in hujusmodi operibus phrygioniis conficiendis utuntur, talis

(p) Vid. Tab. LXXVI.

(q) Vid. Tab. LXXVI. & LXXVII.

Punge, det Toy, som laadne Skindkiortle stafferes med om Halsen, i Brystet, for Hænderne, i Fligerne og neden om, det Toy, som Haand-Klappen paa laadne Skind-Handsker bestaaer af, og andet meere. Bordere-Maaden og dens Præparatorier skeer saaledes: Af det brede Horn, der rækker ned over Rensdyrets Næse, hvorom er meldet i det 9de Capitel om Lappernes Rensdyr giøre de, efterdi samme af Naturen dertil er skikket og bequemt, et lidet krumt Bræt, og Radviis igiennembore det med mange runde Huller, det eene mindre og trangere, end det andet, og der igiennem trække med Tænderne en liden udi en Form, kaldet Staeppo, af Blye-beblandet Tin stobt Stang, som ved saadan Behandling vorder, efterdi det eene Hul er mindre, end det andet, alt smalere, og ved at gaae igiennem de trangeste Huller, omsider bliver til en lang, fiin og rund Traad. Naar bemeldte Traad drages igiennem det allertrangeste Hul, sette de et lidet i Enden hvast Jern-Redskab an imod samme, hvorved da den, der for var rund, bliver under Trækningen saa flad og saa tynd, som et Løv. Tvende saadanne flade og tynde Tin-Traade twinde de sammen til een, legge den i adskilligt Mynster plat og los paa Toyet, der bordéres, og fæste den til samme ved ovenmeldte af Rensdyrs Fod-Sener virkede Traad; ellers bruge de og et Slags ophæved Bordering, hvortil behoves end meere Flid og Arbeyde.

De

eſt: Maſſa plumbea in formam oblongi bacilli, typo qvodam fuſorio, qvem Lappones Staeppo nuncupant, conflatur: poſt ex eo cornu ramuſculo, qvi laminæ inſtar procreſcit, naſum rangiferi obducens, de qvo Capite IX. de Rangiferis plura vide, tenuis lamina conficitur, qvæ variis foraminibus, in ſeriem diſpoſitis, perforatur, ita ut unaqvævis ſeries ſua habeat foramina, arctiora & laxiora, ordine ab his ad illa ſemper obſervato. Per hæc foramina trajicitur modo memorata maſſa ſtannea, ea lege, ut primum per foramina laxiora & deinceps per anguſtiora, traducenda ſit, donec in ſpeciem tenuis fili formetur. Cum per foramen, ordine ultimum & ſimul omnium arctiſſimum, trajiciendum eſt filum, ſtylus qvidam præacutus, ſed admodum ſubtilis, alteri foraminis lateri applicatur, eo conſilio, ut tranſiens ductile filum ex rotunda in planam, & tenuiſſimæ laminæ ſimilem formam, dilatetur. Duo hujusmodi fila ſtannea in unum contorqventur, contortaqve panno acupingendo, in varios gyros & formas, ſuperimponuntur, filis ex nervis rangiferinis ductis aſſuenda. Hæc acupingendi ratio apud Lappones uſitatiſſima eſt & maxime vulgaris. Ceterum non deſunt, qvæ hanc artem multo elegantius callent atqve exercent.

Pan-

De farve guult med en Urt, i deres Sprog kaldet: Idne (209); ligemaade sette de guul Farve paa Toy med en Urt, som de give Navn af: Livdnjo (210). (r) De udi et af Rensdyr-Horn giort Redskab, kaldet: Njijkom, væve Baand af affarvede Traade til at binde Skoene fast til Foden med. See Maaden, paa hvilken Skoene ved bemeldte Skoe-Baand fæstes til Fodderne, i det 4de Capitel om Lappernes Klædedragt.

(s) De, til at sove under, giore af uklippede beredde Faare-Skind Skindfæller, af hvilke somme blive, som en liden Sæk, i Enden sammensyede, for der at stikke Fødderne ind, hvorom er meldt i det 6te Capitel, om Lappernes Leye. Bemeldte Skindfælles

Pannum colore luteo & croceo herbis qvibusdam, qvibus Idne (209) & Livdnjo (210) nomen est, inficere norunt. (r) Ex variis filis discoloribus, instrumento qvodam ex cornibus rangiferinis huic usui facto (cujusmodi Instrumentum Njijkom Lapponice appellatur) vincula nectunt, ex qvibus postea corrigiæ conficiuntur, de qvibus Capite IV. de Vestimentis Lapponum plura vide.

(s) Ex pellibus ovinis indetonsis, sed concinnatis, stragula contexunt, qvorum alia in formam culei, in qvem pedes cubantis commode immitti possunt, formata sunt; alia non item. De illis vide Caput VI. de Lectis & Cubilibus

(r) Vid. Tab. LXXVII.

(s) Vid. Tab. LXXVIII.

(209) Lycopodium *complanatum* Fl. Sv. 958. paa Norsk: Jamne.

(210) Foruden Jamne, farve Lapperne guult 1) med Roden af Syre, Rumex *acetosa* Linn. 2) med Blomsterne af Galio *vero* Linn. paa Norsk: Mour, Guul-Mour, paa Dansk: Mariæ Seng-Halm, 3) med Ener Mose, Lichen *juniperinus* Linn. 4) med Lys Mose, Lichen *candelarius* Linn. og 5) med Løvet af Betula *nana* Linn. paa Norsk:; Kjerring-Riis, samt af Betula *alba* Linn. paa Norsk: Bjørk, Bjerk. Men det er vanskeligt at bestemme, hvad Livdnjo er.

(r) Vid. Tab. LXXVII.

(s) Vid. Tab. LXXVIII.

(209) Lycopodium *complanatum* Fl. Sv. 958. Norvegis *Jamne*.

(210) Præter Lycopodium complanatum Lappones flavo colore tingunt 1) radice Rumicis *acetosæ* Linn. Norvegis *Syre*, 2) floribus Galii *veri* Linn. Norvegis *Mour*, *Guul-Mour*; Danis autem *Mariæ Seng-Halm*. 3) Lichene *juniperino* Linn. Norvegis *Ener-Mose*. 4) Lichene *candelario* Linn. Norvegis *Lys-Mose*, & 5) fronde Betulæ *nanæ* Linn. Norvegis *Kjerving-Riis*, nec non Betulæ *albæ*, Norvegis *Bjørk* vel *Bjerk*. Sed ad qvod genus pertineat Lapponum *Livdnjo*, non facile determinari potest.

fælles laadne Side haves nedvendt imod dens Legeme, som derunder hviler.

(t) De væve uldene Tæpper, hvilke bruges af Soe- og Field-Lapper til Dække at sove under, og, naar de ere halvslidte, af Field-Lapperne til Dække over de Stænger, som deres Vinter-Telt bestaaer af. De fleste saadanne Tæpper virkes af tykke Uld-Traade, og ere paa Farven tildeels hvide med en breed sort eller breed graa Rand i Eggene, tildeels breedstribede med hvide og sorte, eller hvide og graa breede Render; nogle blive forarbeydede af finere Traade med Render af adskillige Farver, brandgule, røde, &c. Det Vævsted, som de væve bemeldte Tæpper udi, bestaaer af twende opstaaende høye og tykke Stolper, i hvis overste Ende sidder en los Bom, rækkende fra den eene Stolpe til den anden; til berørte Bom haves Rende-Garnet fæstet med sin overste Ende; en Deel deraf lader man faae en lige Strekning fra Bommen ned imod Jorden, og efterdi Islettet ikke med Skyttel indskydes, og med Vævskeede anslaaes, men alene indstikkes med Haanden, og, i steden for at anslaaes med Skeede, pakkes ved Opstodelse af en op og ned vendt flad Haand, lader man, paa det der kan blive Rum og Aabning til at faae Haanden ind, den anden Deel af Rende-Garnet gaae i en Skraads-

(t) Vid. Tab. LXXVIII.

Lapponum. Memorata stragula, lecto imposita, villosa sui parte cubantis corpori obvertuntur.

(t) Lodices præterea texunt, qvæ ita comparatæ sunt, ut, postqvam aliqvantulum temporis obtegendo dormientis corpori inservierint, paululum usu contritæ in tentorium hibernum convertantur. Harum plurimæ ex filis albis crassioribus, fimbriis latis nigri vel etiam cinerei coloris; aliæ autem ex filis discoloribus subtilioribus, fimbriis cinerei vel crocei coloris, contextæ sunt. Textrina ista, in qua commemorata stragula texuntur, è columnis duabus densis, inque altum erectis, confecta est, quarum summitati laxum liciatorium, ab una usque ad alteram columnam extensum annectitur; huic superiorem extremitatem staminis affigunt, quod à liciatorio ad terram recta demittitur, & quoniam trama nec injiciatur radio, nec tudicula allidatur, manu vero ingesta, dum tudicula allideretur, inter repellendum palma compingatur supina & prona, altera pars staminis, ut manui immittendæ spatium pateat, à commemorato liciatorio per furculam, quæ summis extremitatibus duorum, è columnis pröeminentium, brachiolorum innixa est, oblique descendit, anteqvam pronus illi conceditur lapsus. Inferiori extremitati stami-

(t) Vid. Tab. LXXVIII.

Skraads-Linie ned fra ommeldte Bom frem over en Stang, der hviler yderst paa Enderne af tvende fra forbemeldte Stolper udstaaende korte Arme, forend man giver det et lige Fald ned ad. Til Rende-Garnets nederste Ende haves Steene anbundene, paa det at det ey skal hænge slapt, eller falde i Bugt, men ved Steenenes Tyngde holdes stramt og udstrakt. Islettet indstikkes, og paa foranforte Maade indvæves med Haanden allerforst overst oppe nær hos tit bemeldte Bom; hvoraf erfares, at man med Tæppets Forarbeydelse begynder oven fra. Ligesom Væverne efterhaanden med Læredet omgiver Bommen i deres Væve-Stoel, ved at omdreye samme, saa bliver og Bommen i den her beskrevne Lappernes Væve-Stoel ved Omdreyelse efterhaanden omgiven med det under Arbeyde værende uldene Tæppe. De knytte Vanter af sammenmænget Faare- og Hare-Uld; alt bemeldte er Qvindernes Arbeyde.

(u) Lappernes Mandspersoner giore af de paa Birke-Træer udvoxende og paa Farven Valbirk lignende Knorte (211) Skaaler samt Fade til at spise af, og til at forvare ferst Rensdyr-Melk i om Vinteren; somme af slige Fade ere saa dragtige, som en Fustage paa 6 à 7 Kander. (v) De af den Plade,

staminis alligantur lapides, ne relaxatum volumina sinuosa versetur, sed pondere appenso rigidum extensumque conservetur. Ingeritur trama, modoque supradicto, primum ad partem superiorem jugi, manu intexitur, unde liqvet in stragulo conficiendo à superiori extremitate initium fieri. Sicut textores liciatorium in machina textoria, illud circumrotando, linteo sensim, circumdant, ita etiam jugum descriptæ hujus machinæ textoriæ, inter volvendum, stragulo, quod conficitur laneo, paulatim circumcingitur. Chirothecas e lana ovili cum leporina mixta nectunt. Hæc solarum foeminarum opera sunt.

(u) Mares varias cuppas, patinas, variis usibus destinatas, qvarum nonnullæ qvadrantem tonnæ capere possunt, lacti rangiferino servando inservientes, ex tuberibus betulinis (211), aceri haud dissimilibus, conficere norunt. (v) Ex lamina, qvæ in summitate cornu rangi-

(u) Vid. Tab. XXXVIII.

(v) Vid. Tab. LXXVIII.

(211) Tophi crispi Betulæ *albæ*.

(u) Vid. Tab. XXXVIII.

(v) Vid. Tab. LXXVIII.

(211) Tophi crispi Betulæ *albæ*.

Plade, der sidder høyt oppe i et Rensdyrs Horn, giøre efter egen Maneer Skeer med bredt Blad og kort Skaft. Bemeldte Plader indeholde, somme meere og andre mindre, en graa-agtig Marv; jo mindre af saadan Marv i dennem befindes, jo glattere, smukkere og beqvemmere ere de til benævnte Brug. De Skeer, som man formedelst deres Ziirlighed, ved det at Hornet, som de bleve giort af, indeholdt ikkun lidt af ommeldte Marv, agter den Umage værd, skierer man ud i Blomster og Stræge temmelig net, og ridser deri med sort, nemlig med Næver, som man haver forbrændt til Kul, og derefter tygget i Munden. Saadanne udskaarne og ridsede Horn-Skeer sende de undertiden til Kiøbsteden, for at lade Guldsmeden giøre lige skikkede Sølv-Skeer.

De udskiere Kniv-Skafte, og støbe Tin deri. De giøre Stav-Knappe af Rensdyr-Hornenes tykke Ende. De giøre nette oval-runde Kister. De giøre smaa Flasker af smale Træ-Rødder, eller saa kaldede Tæger, hvilke de paa en egen Maade flette digt sammen. Flaskens Danlighed er hart ad, som en liden rund kort-halset Boutellies, og de bruge den til at forvare Salt udi. De bygge behændige Slæder, af hvilke somme kaldes: Giet-Kierres, en Deel Raido-Kierres, somme Pulke, og nogle Lok-Kierres, see meere derom i det 10de Capitel om Lappernes Age-Redskab. De koge Liim af Fiske-Skind, i sær af det, der

feri prominet, cochlearia formant, ex suo qvidem ingenio, satis affabre tamen. Supradictæ laminæ, aliæ plus, aliæ minus cinereæ cujusdam medullæ continent, qvo minus istiusmodi medullæ in illis reperiatur, eo læviores, pulchriores, dictoque usui aptiores habentur. In hujusmodi vasis varias formas & florum simulacra, nigro colore, carbone, ore præmanso, inducto, interstincta conspicere licet. Qvæ præ ceteris paulo elegantius tornata sunt & picta, in urbes ad aurifabros qvandoqve transmitti solent, ut cochlearia argentea ad eorum formam conficiantur.

Manubria cultrorum, infuso artificiose stanno decora, nec non capitula baculorum, ex crassioribus cornu rangiferini partibus, fabricare didicerunt. Nitidiores ovatas fingunt capsas. Lagenulæ qvædam vel è radicibus tenuibus conficiuntur, vel ex ita dictis Tæger, qvas modo singulari nectendo constringunt. Forma ampullæ ad similitudinem lagenulæ rotundæ colli curti fere accedit, & sali servando inservit. Trahas varii usus & formæ, variisqve nominibus, ut: Giet-Kierres, Raido-Kierres, Lok-Kierres, Pulke &c. insignitas, satis affabre constructunt. De trahis videsis Caput X. de Instrumen-

der omgiver Fiſkens Hoved; man lader Skindet længe koges i ſydende Vand, derpaa tager det af Vandet, og lader Soddet ſtorkne, ſom da ſtrax bliver til Liim. De tilreede og Liim af Rensdyr-Horn, ſamme befindes langt ſterkere, end det forbemeldte.

Smiddende Jern, holde de det ikke i Ilden ved en Tang, men ved et dertil ſkikket Redſkab, kaldet: Aaſſer. Lapperne, ſaavel ſom og Finmarkens Norſke Beboere, de ſaa kaldede Nordmænd, tilkiobe ſig Nordlandſke Baade, dog findes der en Deel Lapper, ſom og ſelv bygge Baade til eget og andres Brug. Alt dette er Mands-Perſonernes Arbeyde.

mentis vectariis Lapponum. Gluten ex pellibus piſcium, præſertim ex ea parte, qvæ capita obducit, coqvunt; ex cornibus rangiferinis gluten pariter conficiunt, priore illo multo præſtantius; Pellis in aqva efferveſcente diu percoqvitur, qua ex aqua deinde exemta, quod relinquitur, coagulatum in gluten ſtatim convertitur.

Ferrum igne excuſuri nullo forcipe utuntur, ſed ejus loco Inſtrumento qvodam ligneo, Lapponice Aaſſer nuncupato. Lappones, æque ac incolæ Norvegici Finmarchiæ, noſtratibus Nordmænd dicti, cymbas Norlandicas ſibi qvidem comparant; easdem tamen nonnulli Lapponum, proprios nec non aliorum in uſus, ipſi conſtruunt. Hæc marium negotia ſunt.

15. Capitel.

Om

Lappernes Manerer.

Lapperne, der ey længere, end fra Saxonis Tiid, ſom levede Anno 1190, og altſaa endnu ikke i fulde 6 Seculis have været bekiendte af ſaadant Navn, men tilforn kaldtes Skrit-Finner, bruge adſkillige tildeels ſelſomme Manerer.

Det

Caput XV.

De

variis Lapponum moribus.

Lappones, qvi a Saxonis tempore, circa annum MCXC. florentis, adeoqve nondum per ſex integra Secula, hoc nomine noti, antea Skrit-Finni dicti, variis moribus, ſibi propriis, utuntur.

Mos

Det er en iblant de Orientalske Folk brugelig Skik, at begave hinanden, i sær sine Overmænd, med Skienk. Saadan Viis iagttages hos Lapperne; thi de, indfindende sig hos deres Øvrighed, Præst eller Handels-Forvalter bringe en og anden gang noget med sig til Foræring, saasom: En Ost, en Hare, Ryper, nogle faa Salt- eller Ferskvands Fiske, et slagtet Lam, Rensdyr-Kiød, og Dyrets Lunge, et Stykke Smør, lidt Duun eller andet deslige. Saadan Gave annammes da ikke aldeles uden Vederlag; thi man igiengiver dem et Stykke Tobak, et Glas Miød, et Kruus Øl, lidt Peber og Ingefær, eller andet deslige, som kand være for Haanden, og man veed er dennem behageligt. Russerne bruge og nesten samme Skik, i det de ved Ankomsten til et Sted begave den, der er sat i et værdigt Embede, og som de bære en Slags Respect og Ære for, med en Foræring, bestaaende gemeenligst i et rund-baget grovt Brod (212), som paa et rødt malet Træ-Fad frembæres, nogle faa fernissede eller med Forgyldning zirede Træ-Skeer, undertiden ogsaa nogle Hons-Æg, saltet Lax, et Stykke Lærret eller andet saadant.

Mos est orientales inter gentes receptus, mutuis muneribus se invicem, præcipue superiores suos, donare. Idem similiter fit apud Lappones. Magistratui enim, Pastori suo, vel commercii Procuratori, se sistentes, alternis vicibus, donum qvoddam secum afferunt v. c. caseum, leporem, Lagopodes, pisces qvosdam marinos vel fluviatiles, agnum cæsum, carnem rangiferinam, illiusqve lingvam, offam butyri, manipulum plumularum, istiusqve generis alia. Nec vero plane indotatum recipitur munus; retribuuntur enim illis frustum herbæ Nicotianæ, hyalus hydromeli refertus, fidelia cerevisia plena, piperis parum & gingiberis, vel alia istiusmodi, quæ ad manum sunt, quæque illis grata esse comperimus. Idem etiam fere mos inter Moscovitas viget, ad locum enim qvendam adventantes, illum, qvi gradu qvodam dignitatis fungitur, qvemqve in honore habent, munusculo ornant, qvod plerumqve consistit in pane secundario orbiculato (212), qvi qvadra lignea, rubro colore infucata, affertur, cochlearibus qvibusdam ligneis, gummi juniperino tinctis, vel ornamentis deauratis distinctis, interdum etiam ovis qvibusdam gallinaceis, salmone sale condito, linteo qvodam, aliisve ejusmodi.

Til Anni

(212) I en Deel af de Rug-Brød, som jeg af Russerne, i Aaret 1759, blev begavet med i Øst-Finmarken, var der et Stykke Lax indbaget.

(212) Nonnullis panum secalinorum, qvibus Russi, quum an. 1759. in Östfinmarchia essem, me donavere, frustum salmonis vulgaris incoctum erat.

Til at skille imellem Aarets Tider, at vide Festdagene, og anden deslige Efterretlighed, brugte Lapperne i forrige Tider Priim-Stave.

Anni tempora ut dignoscerent, diesqve festos aliasqve temporum notas ne ignorarent, fastos qvosdam ligneos (vulgo Priimstave dictos) ad usum suum olim converterunt Lappones.

Naar en Qvinde skal føde, betienes hun i Jordemoders Sted gemeenlig af sin egen Mand.

Munere obstetricis ipse maritus haud raro defungitur.

Lapperne byde gierne Præsten, Missionairen, Degnen eller Skolemesteren til Faddere ved deres Børns Daab.

Pastorem loci, Missionarium, Pædagogum & æditum, testes Baptismi suorum infantum, ut plurimum adsciscunt Lappones.

Ofte hænder det, at alt Huusfolket maa, for at opsøge tabte Rensdyr, forlade Huset; forend de gaae afsted, binde de Børnene fast inde i Teltet, paa det de ey i deres Fraværelse skal løbe ud, og blive forvildede, eller fryse ihiel ude paa Sneen, eller inde i Teltet falde i Ilden og brænde sig. Paa mine Field-Reyser bragte jeg en liden Kiste med mig; til dens Hængsler pleyede Lapperne, som jeg selv mange gange saae, binde de smaa Børn fast, naar de nødsagedes at forlade dennem eene.

Qvoties necessitas poposcerit, ut tota, qvæ tentorium inhabitat, familia, vel deperditos qvæsitum rangiferos, vel alias qvascumqve res curatum, exeat, infantes, qvi ob teneram ætatem seqvi non valent, majoris securitatis gratia, in tentorio ligant, ne sibi relicti in errorem vel ignem incidant. Per montium juga iter facturus inter reliqvas sarcinas capsulam qvoqve cardinatam, mecum ferre solebam, cui, utpote cardinibus instructæ, infantes, ne nimis libere discurrerent, sæpe alligarunt.

(x) Lappernes Sidde-Maade er at sidde paa bare Jorden med Fødderne Krydsviis lagt under Sædet. Naar de komme i Norske Folkes Huse, hvor der ere Skamle, Bænke

(x) Nullus in hac gente sellarum est usus; Lappo enim humi sedet, pedibus transversum sub nates reflexis. Si forte alios Norvegiæ incolas, in qvorum ædi-

(x) Vid. Tab. LXXIX.

(x) Vid. Tab. LXXIX.

Bænke eller Stole, vil de ey sidde paa nogen af dem, men heller plat neden paa Gulvet.

(y) Naar de hilse hinanden, tage de hverandre i Favn, sigende: Buurist! Danice: Vær hilset! samme giorde og smaa Børn ved mig; thi de saae mig an for en Lap, efterdi jeg gik Lappe-klæd, og talede Lappisk.

(z) Lappe-Qvinderne klippe deres Hoved-Haar, saa at bare Stumperne sidde igien.

(a) De lyske med en Kniv.

(b) Folende Smerte i en Arm eller Fod, bebinde de samme sterk med tvende Baand, et ved hver Ende af den Deel af Armen eller Foden, hvor den meeste Smerte fornemmes, og legge saa derpaa et Stykke antændt Knosk, som skal brænde Hul paa Huden, for at give Smerten Luft, og saaledes lindre den.

Udi gandske Vest-Finmarken befandtes i de 10 Aar, jeg var der, ikke meere end to Heste,

bus scamna & subsellia in usu sunt, negotii causa inviserit, oblata tamen sella uti recusat, commodius putans in nudo pavimento considere.

(y) Lappones, se invicem consalutantes, in mutuos amplexus ruunt, ingeminantes: Buurist! id est: Salve! qva salutandi formula parvuli me qvoqve compellarunt, indigenam putantes, ob lingvam & habitum Lapponicum, qvibus, cum illis conversatus, semper utebar.

(z) Mulieres Lapponicæ capita ad calvitiem usqve abradunt.

(a) Pediculos cultello enecant.

(b) Si pes vel brachium vehementius doluerit, eam membri partem, ubi vis morbi maxime sentitur, binis ligamentis, qvam maxime possunt, constringunt, ardentemqve fomitem admovent, vana persvasione ducti, fore, ut cute, vi ignis rupta & aperta, dolor, qvasi facta elabendi occasione, erumpat atqve excedat.

In universo Finmarchiæ occidentalis tractu, toto, qvod ibi exegi, decennio,

(y) Vid. Tab. LXXIX.
(z) Vid. Tab. LXXIX.
(a) Vid. Tab. LXXX.
(b) Vid. Tab. LXXX.

(y) Vid. Tab. LXXX.
(z) Vid. Tab. LXXIX.
(a) Vid. Tab. LXXX
(b) Vid. Tab. LXXX.

Heste, Sorenskriveren Peder And havde den eene, og Handels-Forvalteren udi Altens Præstegield, Christen And, den anden (213). Formedelst denne Mangel maa de Norske Landets Indvaanere, saavel som og Soe-Lapperne, selv giøre Heste-Arbeyde, i det at de om Sommeren bære paa Ryggen, og om Vinteren, naar Føret og Veyen tillader det, slæbe afsted paa smaa Slæder Høe, Brænde og andet, som Heste ellers pleye at bære og trække. Field-Lapperne ere forsynede med Rensdyr, og derfor bruge dem til at bære Byrder om Sommeren, og til at bringe dem selv samt deres Bagage frem om Vinteren. Efterdi der, som meldt, ikkun vare to Heste i Landet, have de fleste Stedets Beboere, i sær Field-Lapperne, aldrig seet en Hest, og derfor vilde anse den, som et forunderligt Dyr. En Porsanger-Fiords Field-Lap, ved Navn Matthias Pedersen, der selv fortalte mig Tildragelsen, var i et Ærinde kommen i benævnte Sorenskriver

nio, duo omnino eqvi reperiebantur, qvorum alter Petri Andii, Judicis ibidem Provincialis, erat; alter vero Christierni Andii, mercaturæ in parœcia Altenſi Præfecti (213). Hinc ruſtici, nationis Norvegicæ, qvi hunc tractum incolunt, ut & Lappones maritimi, eqvorum opera ipſi defungi coguntur, æſtate dorſo, hieme parvis vehiculis, fœnum, ligna, & id genus alia, qvæ eqvis alias vectantur, portando. Tolerabilior, hac qvidem in parte, eſt conditio Lapponum montanorum, qvippe qvi rangiferis abundantes, eorum opera ad ſemet-ipſos & onera ſua vectanda utuntur. Et qvoniam tanta eqvorum penuria tota hæc regio laborat, hinc pleriqve incolæ ad adſpectum hujus animalis, tanqvam rei peregrinæ & prorſus inſolitæ, attoniti ſtupent. Exemplum ſuppeditat Matthias qvidam Petri, Lappo montanus e ſinu Porſangrico, qvi, ut ipſe mihi narravit, judicem

(213) Efterat de siden den Tiid har begyndt at legge Vind paa Agerdyrkning, har og Hestenes Antal tiltaget, saasom jeg selv saae, da jeg var der i Landet. Men i gandske Øst-Finmarken var der den gang ikke meere end 3 Heste, hvoraf de tvende, som skulde befordre min meget besværlige Reyse over Varanger-Fieldet, horte hiemme i Vadsøe, og den tredie var en Udgangs-Hest, hiemmehørende paa Vardøen.

(213) Poſtqvam incolæ Veſtfinmarchiæ, præſertim in Alten, agriculturæ operam dare cœperunt, etiam numerus equorum ibidem valde crevit, ut ipſe vidi, quum in Finmarchia præſens eſſem; ſed in tota Öſtfinmarchia tunc temporis tres tantum erant equi, quorum duo, qui iter meum moleſtiſſimum trans alpem: *Varanger-Fieldet*, facilitarent, in inſula Vadsöe, tertius autem, qui per totum annum in campis paſcebatur, in inſula Vardöe, poſſeſſores agnoſcebant.

skriver Ands Huus, og, da han om Natten vilde gaae ud af Borgestuen, hvor hans Natte-Herberge var, og fik i det samme en uden for Doren staaende Hest at see, blev han derved saa bestyrtset, at han af Forskrekkelse i Øyeblikket slog Doren til, og pakkede sig tilbage.

loci, Petrum Andium, negotii cujusdam expediendi causa, adiit; in cujus ædibus cum pernoctaretur, contigit, ut de nocte cubili egressus, eqvum ad januam stantem ex improviso conspexerit, qvo viso, vehementer conterritus, haud aliter, ac si immane spectrum vidisset, in cubile se, janua diligenter clausa & obturata, continuo proripuit.

Saasom de Norske Finmarkens Indbyggere og Lapperne i den Tiid, jeg var der i Landet, ey havde Agre, og altsaa ikke dertil behovede Giødning, tændte de Modingerne, som de havde samlet af sine Koer, Faar og Gieder, an om Sommeren, og brændte dem op: ellers boer der hos Altens Laxe-Elv i Vest-Finmarken nogle Lapmarkiske Bonder af den Finlandske Nation, hvilke, efterdi de i deres Fædreneland ere vandte til Agerdyrkning, dyrke nogle faa og smaa Agre, hvori de saae Byg-Korn, og somme Aar høste deraf en riig Grøde.

Et qvoniam, uti satis notum est, in toto hoc tractu nec seritur, nec metitur, per se seqvitur, incolas nullo egere lætamine; hinc fimeta, ex stercore vaccarum, ovium & caprarum collecta, tanqvam rem nullius usus & pretii, adveniente æstate cremare solent. Ceterum, qvidam rustici nationis Finlandicæ, fluvii Altensis accolæ, domi agriculturæ assveti, paucos colunt agellos, unde haud contemnendos qvibusdam annis frugum proventus habent.

Rige Lapper nedgrov sine Penge, saa at deres Børn og Arvinger ikke bekom dem efter deres Død. At de udi levende Live havde dem nedgravede i Ørken, slutter jeg at være skeet af Frygt for at miste dem ved Tyve-Haand, helst da de mangle sikkert Giemme-Sted; thi en Soe-Lap boer i en liden med Laas og Lukkelse uforsynet Hytte, og en Field-Lap i et lidet aabet Telt, hvilket han som tiest nedriver paa et Sted, og opslaaer

Lapponibus qvibusdam, qvibus præ reliqvis lautior est conditio, moris est, divitias suas, numos inprimis in terram tam caute defodere, ut hæredibus neminima qvidem spes sit earum potiundi. Qvod vivi eas defodiant, non eqvidem miror, siqvidem nulla illis armaria, claustra nulla, qvo tuto & absqve metu surum, thesauros, si qvos habent, reponere possunt; Lapponi enim maritimo

nil

slaaer paa et andet langt derfra; men Aarsagen, hvorfor de ikke, naar de fornam deres Dods-Stund at være forhaanden, tilkiendegav sine Børn og Arvinger, hvor deres Skat var hengiemt, paa det at de i Fremtiden kunde have Gavn deraf, veed jeg ikke. Der fortælles ellers, at, da en i Ozejok udi Svenske Lapmarken boende riig Field-Lap, ved Navn Hans Jonsön, blev tilspurgt, hvorfor han saa giemte sine Penge, at ingen kunde finde dem efter hans Dage? svarede han: Dersom mine Penge efter min Død falde i andres Hænder, hvad skal jeg da selv have at leve af, naar jeg kommer i de Dodes Land?

Lapperne dræbe Hunde, ved at hænge dem op i et Træ og qvæle dem; derefter krænge de Skindet af, og, om det er sort, bruge det til Bremming neden om laadne Skindkiortle og om Handsker.

(c) Lapmarkiske Bønder af Finlandsk Nation, af hvilke en Deel, som meldt, boer hos Altens Laxe-Elv, bruge den Maneer, altsomtiest at bade sig i varmt Vand, og tillige bestænke sig med Lov-Koste.

De øvrige Lappernes Maneerer, angaaende Spisen, Agen, Rensdyr-Vogtene ere anforte i de andre Capitler, hver paa sit behørige Sted.

(c) Vid. Tab. LXXX.

nil præter suum tuguriolum est, nec montano qvicqvam præter tentoriolum, qvod pro ratione temporis & loci figit refigitqve; rationem vero, cur loca, ubi divitias suas reposuerunt, ne moribundi qvidem indicare velint, ut hæredes eas sibi post fata parentum in usum convertant, me prorsus latere fateor. Relatum qvidem est, Lapponem qvendam prædivitem, nomine Henricum Jonæ, in Ozejok, habitantem, morti vicinum, causam rogatum: cur divitias suas adeo studiose occultaverit, ut nulla superstitibus reperiendi spes esset? respondisse: se, ni fecisset, necessariis vitæ sustentandæ mediis post mortem carituram.

Canes enecandos ab arbore suspendunt, suffocatisqve pelles detrahunt, ex qvibus, si nigri fuerint coloris, fascias & limbos concinnant, mastrucis & chirothecis assuendos.

(c) Rusticis Lapponicis nationis Finlandicæ, qvorum nonnulli fluvio Altensi accolunt, mos est, calida sese sæpenumero abluere, & fronde, aqva intincta, conspergere.

Et hæc de moribus huic genti propriis impræsentiarum commemorasse sufficiat; plura de hac materia scire cupientem ad varia hujus libri capita, ubi hæc ex instituto tractantur, remitto. Caput

(c) Vid. Tab. LXXX.

16. Capitel.

Om

Lappernes Giftermaal og Bryllup.

At en Norsk Bondekarl tager en Lappisk Pige, eller en Lap en Norsk Bonde-Pige til ægte, er en meget rar Hændelse. I det District, hvor jeg var Missionaire, tildrog det sig ingen gang i min Betienings-Tiid.

En Lap, som vil beyle, tager med sig i saadant Ærende nogle af sine nærmeste Paarorende, af hvilke een skal være hans Talsmand; han forsyner sig og med Brændeviin, hvormed hans Forset er at ville tractere sin tiltænkte Festemoe, samt hendes Forældre og Venner; desuden medbringer han en Gave at forære hende selv; samme bestaaer i et Solv-Belte, en Ring, eller andet deslige, alt efter hans Formue. Naar de kommer til Huset, hvor Pigen er, gaae de alle ind, undtagen Beyleren, som bliver uden for, indtil han vorder indkaldet. Efterat de ere indkomne, tilbyder Talsmanden Pigens Fader en Skaal Brændeviin, hvilken om han afslaaer, er det Tegn, at Beyle-Budet ey staaer ham an; men tager han imod den og drikker, giver han derved at forstaae, at Tilbudet er ham ikke ubehageligt. Bemeldte Talsmand tracterer da ey allene

Caput XVI.

De

Nuptiis Lapponum.

Raro admodum accidit, ut juvenis nationis Norvegicæ puellam Lapponicam, & juvenis Lapponicus puellam Norvegicam, uxorem ducat; in territorio isto, in qvo ipse Missionarius fui, hoc nunquam evenit, tempore, qvo sacris ibi fungebar.

Lappo, puellam ambiturus, hunc in finem, qvosdam proxima sibi cognatione conjunctorum secum ducit, qvorum unus advocatus ipsius erit; sibi etiam vinum adustum prospicit, futuræ sponsæ, illiusqve parentibus nec non amicis propinandum, præterea munusculum, ipsi puellæ offerendum, secum affert, qvod in balteo argenteo, annulo, aliisve hujus generis, prout facultas tulerit, consistit. Ubi ventum est domum, in qva puella est, intrant omnes, excepto proco, qvi foris manet, usqvedum invitatur. Istis jam ingressis, advocatus patri puellæ scyphum, vino sublimato refertum, offert, qvem si recusaverit, indicio est, illum conditionem respuere; si vero illum recipiat, bibatqve, nuptialem conditionem ipsi haud displicere. Tunc supra nominatus advocatus non patri matriqve

allene Pigens Fader og Moder, men endog hende selv samt hendes andre tilstædeværende Venner med Brændeviin, hvilken Tracteren gielder lige ved Ansøgning om Forlov til at begiere hende. Efter disse Præambula træder han nærmere til Sagen, og virkelig begierer hende paa Beylerens Vegne, som endnu staaer uden for. Sin Tale setter han paa Skruer, og giver de beste Ord, han kan optænke. Efter nogen Tiids Forløb kalder man Beyleren selv ind, som, naar han er indkommen, bliver staaende i det Rom, der befindes imellem tvende nest inden for Døren paa Gulvet lagte Birke-Knubbe, hvorom er meldt i det 5te Capitel om Lappernes Boliger. Erholder han Pigens, samt hendes Forældres og Vænners Ja, leverer han hende den medbragte Gave, kaldet: Gilhe, lover ogsaa hendes Forældre en Foræring af nye Klæder eller deslige, hvilken Lapperne kalde: Biejatas. Efterat denne Handel er til Ende bragt, tager Beyleren med sit Følge Afsked, og reyser bort. Alle disse Ceremonier bruges vel i beskrevne Beyle-Handel; dog iagttages de ikke altid allevegne og af alle, i sær nu omstunder, saa nøye, at jo een eller anden af dem undertiden forbigaaes. Have Forældre tilsagt en Beyler deres Daatter, og siden bryde samme Løfte, maa de efter en af Lapperne selvgiort Lov erstatte ham al hans paa Giftermaalet anvendte Bekostning, saa at han ey allene faaer sin udgivne Festens-Gave tilbage, og meere dertil; men ham skeer og Vederlag for

triqve puellæ tantum, sed ipsi etiam futuræ sponsæ, illiusqve præsentibus amicis, hoc vinum sublimatum propinat, qvæ compotatio cum petitione de venia illius ambiendæ pari passu ambulat His præludiis finitis, rem propius adit, illamqve nomine proci, foris adhuc operientis, revera ambit. Verba sesqvipedalia, qvantumqve in se est, maxime byssina, depromit. Qvodam temporis spatio interjecto, procus ipse intro vocatur, qvi intromissus in spatio sistitur, qvod intra januam inter duos, in pavimento collocatos, truncos betulaceos datur, qvorum mentio Capite V. de domiciliis Lapponum facta est. Si puellæ, illiusqve parentum, nec non amicorum, assensum obtineat, ipsi munusculum apportatum, Gilhe dictum, tradit, ipsiusqve etiam parentibus vestimenta nova, muneri conferenda, promittit, qvod Lappones Biejatas vocant. Hoc negotio peracto, procus, vale dicto, cum comitibus suis discedit. Omnes hi ritus, in descripto negotio virginis ambiendæ, adhibentur qvidem, non tamen semper, passim, & ab omnibus, præsertim hodie, tam exacte servantur, qvin unus vel alter illorum interdum prætermittatur. Si parentes proco filiam suam desponderunt, postea vero fidem datam frangunt, omnes, in nuptias erogatos, sumtus secundum scitum a Lapponibus ipsis receptum ipsi resarcire debent, ita ut non dotem

for det Brændeviin, han haver spenderet. Imedens Forlovelsen varer imellem tvende Personer, der have givet hinanden Ægteskabs-Løfte, besøger Festemanden en og anden gang sin Forlovede; underveys, da han farer hen at give hende Besøg, fornøyer han sig med at have hende i Tanke, og at synge om hende, brugende dertil saadanne Ord, som ex tempore falde ham i Munden, og hans poetiske Geist vil tilsige ham; men denne Skik, nemlig under bemeldte Elskovs-Besøg at synge om sin Festemoe, iagttages ikke heller nu omstunder af enhver. Naar han haver naaet Maalet ved at nyde hendes Nærværelse, begaver han hende med Brændeviin, med lidt Tobak, om hun deri finder Smag, eller med andet deslige. Naar hun pyndtes til Brud, iforer man hende gemeenligst den iblant Lappe-Qvinderne brugelige Helligdags-Dragt, det allene undtagen, at, i steden for Qvinderne, saavel de Ugifte, som de Gifte, ellers altid gaae med bedækket Hoved, gives hende bart-Haar, hvilket med pralende Baand bliver ombundet; dog, om jeg husker ret, lader man i nogle Finmarkiske Egne en Pige den Dag, hun skal staae Brud, træde frem med Hue paa Hovedet, imellem hvilken og de sædvanlige Lappe-Qvindernes Huer ingen Forskiel iagttages. Efter Brudevielsen holdes et lidet Bryllup. De Bryllups-Giester, der have nogen Formue, bære Bruden med en Gave, somme med Penge, nogle med Rensdyr, eller andet

dotem expensam solum, & qvod excurrit, recipiat, sed impensa etiam, in vinum sublimatum facta, ipsi restituatur. Sponsaliis inter duos, qvi mutuam connubii fidem invicem dederunt, adhuc durantibus, sponsus sponsam interdum visitat; in itinere, illius conveniendæ gratia suscepto, sese oblectat, illam animo agitando, illiusqve laudes canendo, qvem in finem, qvæ sibi ipsi ex tempore in buccam veniunt, suaqve ipsi suggerit vena poëtica, fundit verba; hic vero mos, sponsam scilicet invisurum, eandem canere, nec hodie ab omnibus servatur. Meta contacta, cum in illius conspectum venerit, illi vinum aduſtum, parum herbæ Nicotianæ, si illi cordi sit, aliudve istiusmodi confert. Mundo nuptiali decorando isto plerumqve induitur vestitu, qvi fœminas inter Lapponicas diebus festis usu receptus est, hoc solum excepto, qvod, dum fœminæ, tam nuptæ, qvam innuptæ, alias semper tecto incedunt capite, illa nudis sistitur cincinnis, qvi discoloribus circumtexuntur tæniis; attamen, si me memoria non fallit, in qvibusdam Finmarchiæ tractibus puella die nuptiali vittata procedit, inter qvam vulgaresqve fœminarum Lapponicarum vittas nullum intercedit discrimen. Oratione nuptiali finita, frugales celebrantur nuptiæ; convivæ nuptiales, fortunis auctiores, sponsam munere qvodam, alii nummis,

det saadant. Lappernes Bryllupper ere meget tarvelige.

Udi Altens Præstegield i Vest-Finmarken, hvor jeg uværdig var Præst, skeede de saaledes, at efter Copulationen forsamlede Brudgommen og Bruden, samt nogle faa af deres nærmeste Venner sig udi Bonde-Lehnsmandens Huus, som boede i Talviig nær Kirken; thi han havde en beqvem tomret Stue, i hvilken og det almindelige Skatte- og Sage-Ting hver Sommer holdtes af Stedets Øvrighed for benævnte Præstegields Almue. I bemeldte Stue spiiste de Faarekiod-Suppe og en Faare-Steeg, og giorde sig til gode med omtrent en Kande Miod. Dermed var Brylluppet endt; efter dets Fuldendelse foer Brudgommen og Bruden samt Bryllups-Giesterne hver til sit Hiem, Field-Lapperne til deres Telt, og Soe-Lapperne til deres Hytte. Engang blev jeg og indbuden i berorte Lehnsmands Stue af en Lap, som der giorde sin Sons Bryllup: Retterne vare, som sædvanlig, Faarekiod-Suppe og Faare-Steeg. De fattige Folk, der ey vare vante til mange Lækkerbidskener, fandt sig saa vel fornoyede med Suppen, at, da den var spiist, havde de nær glemt at lade Stegen frembære, hvorfor Brudgommens Fader raabte: Steeg! Steeg! Da den var kommen paa Bordet, skar han den selv for, men bar sig dermed

numis, alii renonibus aliisve id genus ornant. Nuptiæ Lapponum absqve omni pompa & apparatu lautiore peraguntur.

Apud Altenses, qvos inter publici doctoris munere indignus fungebar, seqventem in modum celebrabantur: Copulatione, qvam vocant, peracta, sponsus cum nova nupta & pauciſſimis propinqvorum, ad procuratorem plebis rusticæ (Norvegice Bonde-Lehnsmand) Talvigensem, cujus domus templo contigua erat, ubi etiam conventus juridici qvotannis a provinciæ Præfecto regio habentur, se contulit. Hic invitati hospites convivio nuptiali, sumptu sponsi apparato, excipiebantur. Fercula, qvæ apponebantur, pauca admodum erant & simplicia, jusculum nempe & assum ovillum, addita hydromeli modica portione, qvibus comsumptis, sponsi & convivæ, soluto sympoſio, ad sua qvisqve divertunt. Ipse ego a qvodam Lappone, filii nuptias celebrante, nuptiali coenæ invitatus interfui, ubi nullæ cupediæ, nec qvicqvam, præter modo memorata fercula, apponebatur. Miseri convivæ, nullis pulpamentis assveti, solo jusculo adeo contenti erant, ut dapis assariæ haud dubie obliti fuissent, ni pater sponsæ, hoc observans, alta voce inclamasset: assum huc! assum apponite! qvod ubi tandem appositum esset, ipse

 prose-

dermed meget tolperſk ad, ſaa man kunde let ſee, at han ey havde lært at ſkiere for.

(d) Udi Porsanger-Fiorden i Kielvigs Præſtegield udi Veſt-Finmarken, hvor jeg forhen var Miſſionaire, gaaer der end tarveligere til med Lappernes Bryllupper; thi efter Brudevielſen forſamler Brudgommen og Bruden, ſamt nogle faa af deres nærmeſte Venner ſig nær Kiſtrands Kirke, hvor de bleve copulerede, og der under aaben Himmel paa den bare Mark i god Kierlighed fortære Kiødet af et Faar, ſom de til den Ende have ſlagtet og ladet koge. Dermed er Brylluppet endt, og ſaa reyſer Brudgommen og Bruden, ſamt Bryllups-Gieſterne hver hiem til ſit.

Udi ſine Bryllupper bruge ikke Lapperne Spil. Spil og Dands veed dette Folk faſt intet af, ſaa at der ey engang findes iblant dem en Lange-Leeg, Mund-Harpe, Pibe, eller noget andet af de allerringeſte muſicalſke Inſtrumenter.

Det er og ſlet beſtilt med deres Sang. Naar jeg fik Leylighed, forſøgte jeg undertiden at ville lære dem Melodier til Pſalmer; men den Umage var neſten ſpildt paa de fleſte. Deres Sang lignede meere en Tuden end Sang, af Aarſag, at mangfoldige Ord i deres Tungemaal udfores med en ſtodende

proſecuit, ita tamen, ut ignorantiam artis proſecandi ſatis aperte proderet.

(d) Qvæ in paroecia Kielvigenſi ad ſinum Porſangricum in Finmarchia occidentali ſita, fiunt nuptiæ, adhuc frugalius & ſimplicius apparantur. Poſt ſolennia Copulationis, ut vocant, ſponſi cum pauciſſimis amicorum, ad tuguriola qvædam, in campo, haud procul a templo Kiſtrandenſi ſparſa, ſe conferunt, conſumpturi ovem, qvam ipſi ſecum in hunc finem aſportarunt: conſumpta dape convivium ſolvitur, ſponſis ſodalibusqve domum illico revertentibus.

A nuptiis & conviviis Lapponum omnis luſus, chorea & id genus ludicra, ignota huic genti malorum irritamenta, prorſus exulant. Hinc nullos ludiones, aulœdos nullos, & ne inſtrumentum qvidem muſicum, inter eos reperire licet.

Et qvemadmodum muſicæ Inſtrumentalis omnino rudes ſunt, ſic etiam vocalem, qvam vocant, pariter ignorant; & certe, non ignorant tantum, verum ignorantia prorſus invincibili. Enim vero, per intervalla, cum tantum mihi otii ſupereſſet, docilitatem eorum tentavi,

(d) Vid. Tab. LXXXI.

(d) Vid. Tab. LXXXI.

dende Accent i hver Stavelse, saa at naar de skal tale Ordene, da ligesom trykke de en hver Stavelse ud, og, i at tale eller synge Dansk, lade de Danske Ord faae samme Accent, hvilket da giver Sangen en ubehagelig Lyd.

vi, qvam tamen post varia experimenta adeo exiguam, & ut dicam qvod res est, plane nullam deprehendi, ut ne prima qvidem artis elementa in Psalmis sacris scienter & ad numeros decantandis, capere potuerint. Causa mali non in ipsorum Lapponum, sed in lingvæ Lapponicæ indole & genio residet; pleraqve enim vocabula singulasqve vocabuli cujusvis Syllabas & moras accentu acuto enunciant Lappones, qvo fit, ut Norvegice loqventes vel canentes, omnes hujus sermonis voces ac syllabas eodem accentu onerent, sonumqve edant stridulum & prorsus confusum. Hinc factum est, ut modulatio Lapponum incondito cuidam clamori vel etiam ululatui, qvam vero cantui similior sit.

Efter Brylluppet forbliver ofte Brudgommen hos sine Sviger-Forældre et heelt Aar, hvorefter de da lade ham med hans Hustrue fare, og selv sette Boe, men forst, om Formuen tillader det, begave dem med Qvæg, Kiedle, Gryder, Sengeklæder og saadant meere, som til en Huusholdning behoves.

Feriis nuptialibus peractis, sponsus apud socerum suum per totius anni spatium haud raro commoratur, qvo finito, cum uxore sua dimittitur, ipse sedem fixurus; in anteceſſum vero, si opes patiuntur, illum armentis, ahenis, ollis, toralibus aliisqve rei domesticæ inservientibus, donat.

17. Capitel.

Om

Lappernes Leege, samt nogle selsomme Tildragelser.

Ingen Slags Jule-Leeg pide Lapperne af at sige.

Kortspil er mindre brugeligt hos dem, end hos de Norske.

De kieppes med hinanden, hvo der best kan skyde til Maals. Paa hviid Grund tegne de en sort Plet at skyde til, og paa mork Grund en hviid Plet. Den der best kan treffe bekommer efter Tilsagn Penge, Tobak eller andet.

De forlyste sig med at slaae Bold, hvilket skeer saaledes: Et Partie af nogle Personer stiller sig paa den eene, og et andet lige over for paa den anden Side; derpaa kaster een af den ene Sides Partie en med Skind overtrokket, og med Haar, Straa, Klude eller deslige fyldt Bold af Haanden, hvilken hans neste Sidemand slaaer med en Kiep i Veyret; hvorimod en fra den anden Sides Hob kommer springende, for at faae den fat, forend den falder imod Jorden. I samme

Caput XVII.

De

Ludis & oblectationibus Lapponum variisqve Historiis, partim qvidem lepidis, veris tamen.

Ludos festivales, ut vocant, currente Festo nativitatis Servatoris, institui & agi solitos, Lappones prorsus ignorant.

Chartis lusoriis utuntur qvidem, sed pauci, idqve rarissime.

Certant inter se, quis exactissime ad metam jaculetur. In areola alba nigra, in nigra vero alba macula, metam jaculatoriam notant. Qui metam optime contingit, numis, herba Nicotiana aliisqve ex promisso donatur.

Pilæ ludo se delectant, quæ se ita habet: pars eorum hinc, pars illinc ex adverso, sistitur; deinde quidam partis alterutrius pilam pelle obductam, & capillis, stramento, pannis, aliisve farcitam, e manu emittit, quam vicinus ipsi baculo in sublime jaculatur, quo facto quidam ex turma, e regione stantium, illam excepturus, assilit, antequam ad terram cadit; eodem momento temporis is, qui pilam in sublime jactavit, in partem

samme Øyeblik begiver han, som slog Bolden i Veyret, sig paa Løb over til bemeldte anden Side, for at indtage hans Plads, som der forlod sit Sted, for at fange Bolden. Kan nu han, som griber efter Bolden, faae den og med samme treffe denne, der søger at bemægtige sig hans Plads, forend han haver opnaaet den, spiller han Mester.

(e) De paa et imed Krydsviis dragne Linier tegnet Bræt flytte 13 paa sin Ende satte smaa Pinde, hvilke skal betyde 13 Gies, og iligemaade en paa sin Ende staaende liden Pind, som skal betegne en Ræv. Leegen, hvilken bliver kaldet Gaase-Spil, skeer af tvende Personer, af hvilke een styrer Ræven, den anden Giessene. Den, der styrer Ræven, hielper ham til at bortsnappe Giessene, ved at flytte paa Brættet den i Rævs Sted værende Pind saaledes, at han, ligesom i et Dam-Spil, kan slaae de en Gaas forestillende Pinde bort, hvorved da Spillet paa Rævens Side er vundet. Den, der styrer Giessene, gior sig Flid for at faae Ræven af dem saa omringet og bekneben, at han ey kan komme ud, ved at lave det saa, at den Pind, hvorved Ræven betydes, ey lader sig nogensteds flytte, efterdi alle de Rum, paa hvilke man skulde sette den, jeg meener alle de Steder, hvor de paa Brættet tegnede Strege samles og løbe an i hinanden, ere af enhver af de en Gaas betegnende Pinde betagne,

tem adversam cursum dirigit, illius locum, qui de statione sua, pilæ arripiendæ gratia decessit, occupaturus. Si pilam captans illa potiatur, eademqve illum, qui locum ipsius occupare studet, ante percusserit, quam illum assequatur, victor discedit.

(e) Certum ludendi genus, qvod anserinum (Gaase-Spil) vocatur, apud illos in usu est. In abaco certas lineas designant, ad qvarum ductum scrupos, numero tredecim, totidem anseres designaturos, trahunt retrahuntqve, alio latrunculo, vulpem, anseribus insidiantem repræsentante, ab altero abaci latere opposito. In hoc ludo bini, qvasi pugiles, ad certamen componuntur, qvorum alter latrunculum, vulpem significantem, ducit; alter autem scrupos, anseres designaturos, moderatur. Qvi vulpis partes sustinet, nihil non agit, ut insidias in perniciem anserum struat, qvod si prospere & ex voto ei cesserit, victor e certamine discedit. Alter vero, qvi anseres suscepit defendendos, omnes ingenii vires eo intendit, ut astutiam dolosæ vulpis caute eludat, hosteqve, anseribus undiqve circumvento & ad incitas redacto, victoriam reportet.

(e) Vid. Tab. LXXXII.

(e) Vid. Tab. LXXXII.

betagne, hvorved han da paa Gieſſenes Vegne ſpiller Meſter.

De bruge for Tiidsfordriv den Øvelſe, at tvende holde en Kiep temmelig høyt fra Jorden imellem ſig, en anden kommer løbende med en Stav i Haanden, og, i det han kommer dem nær, ſetter Staven imod Jorden, og med begge Benene ſvingende ſig i Veyret hopper over Kieppen.

(f) De brydes med hinanden, deels for Lyſt, deels og for at blive varme ude paa Marken, naar det er koldt; værende med dem paa Reyſen over Fieldene ſaae jeg det mange gange ſelv, at de for at holde ſig varme ovede bemeldte, ſaa ofte ſom de holdt op med at age, og lode Rensdyrene hvile og forfriſke ſig med den under Sneen voxende Moſſe.

Tvende have en om to Kieppe, med nogen Diſtance imellem begge Kieppene, bunden Snor imellem ſig; een af dem ſtaaer paa den eene Side, og ved begge Ender holder den eene Kiep, med een Haand ved hver Ende af ſamme; den anden ſtaaer lige over for ham paa hiin Side, og paa ſamme Maade

Temporis fallendi cauſa hoc exercitium inter illos receptum eſt: duo baculum, in haud parvam a terra diſtantiam ſublatum, inter ſe tenent, alius ſcipionem manu tenens advolat, &, cum proxime ad illos acceſſerit, ſcipione innixus, utroqve pede in ſublime ſublato, baculum tranſilit.

(f) Luctandi qvoqve peritiſſimi ſunt, quo exercitationis genere utuntur, partim temporis fallendi, partim frigoris arcendi gratia. Hujusmodi Exercitiorum ipſe plus vice ſimplici ſpectator fui, præſertim in itineribus, qvæ in eorum ſodalitate per montium juga mihi faciendæ erant; tum enim ſæpius accidit, ut, conſiſtentibus, & muſco, ſub nivem enaſcente, ſeſe paſcentibus rangiferis, ludibundi aurigæ vim frigoris luctando a ſe arcuerint.

Duo reſtim duobus baculis, modico inter ſe intervallo diſtantibus, extentam inter ſe tenent, quorum alter ab hac parte ambas extremitates alterius baculi utraqve manu tenet; alter ex adverſo alterum baculum eodem modo tenet; uterqve omnibus contendit nervis, ut baculum

(f) Vid. Tab. LXXXII.

(f) Vid. Tab. LXXXII.

de holder den anden Kiep; hver af dem gior sit Beste at rykke Kieppen af den andens Haand, og for desbedre at naae sit Forset, haver han een eller flere staaende bag ved sig, der holde ham fast ved Skuldrene, og saaledes hielpe ham at drage. Hvilken af disse to da formaaer at skille den anden ved Kieppen, haver vundet, og efter forud giorte Veddemaal bekommer noget til Belønning.

Man stikker tvende Kieppe ind i en Traad-Hespe, og omfattende bemeldte Kieppe, een med hver Haand, slider paa Hespen, saaledes provende sin Styrke ved at giøre Forsøg paa, om man paa denne Maade kan slide den i to, hvilket Foretagende kaldes: Bolokiit Kiæsset.

Det er og en iblant Lapperne brugelig Øvelse, at tvende staaende lige over for hinanden stikke Hænderne ind under og omfatte hverandres Belte, for at rykke hinanden omkuld; hvilken af dem der formaaer at knæle den anden, haver vundet.

Børn leege med at kaste smaa Kieppe i Haanden, hvilken Leeg bliver kaldet Bættom.

baculum alteri extorqueat, utqve eo facilius voto suo potiatur, unum plures-ve a tergo locatos ad manum habet, qui, inj ctis humeris ipsius manibus, suppetias ferunt. Quicunqve istorum sic alteri baculum extorquere valet, palmam fert, illiqve ex facta inter eos sponsione præmium quoddam cedit.

Binos baculos fasciculo ex filis glomerato inserunt, insertosqve manibus apprehendunt, & invicem oppositi maxima, qva possunt, virium contentione ad se qvisqve trahunt, donec fasciculus inter luctandum disrumpatur. Hujusmodi exercitio, qvod ipsi Bolokiit Kiæsset nuncupant, virium suarum periculum faciunt, uter alteri robore præstet, exploraturi.

Etiam inter Lappones usu receptum exercitium est, ut duo adversa stantes fronte, alter alterius balteo manus implicent, sese invicem supplantaturi; uter alterum prosternere valet, victoriam reportat.

Pueri ludunt, bacillos ab una in alteram manum mira agilitate jactando, cujusmodi ludus Bættom Lapponice nuncupatur.

De

Habenis

De søge og en Slags Fornøyelse i at binde en Tomme om Livet, og lade en gaae foran og lede sig ved samme, derved efterabende den Maade, paa hvilken et Rensdyr ledes, i det at een gaaer for og leder det efter sig ved en Tomme.

Haben's se cingi duciqve, solius oblectationis gratia, patiuntur, rangiferorum ritu, qvi capita loris cincti hac ratione ab aurigis aguntur.

Her vil jeg udbede mig den gunstige Læseres Forlov til at anføre nogle faa Tildragelser, som hændede mig selv og andre; samme ere vel ey betydelige, dog noget selsomme og ugemeene.

Hic benevolentis Lectoris veniam paucos quosdam afferendi casus, qui mihi ipsi aliisqve contigerunt, expetam; hi quidem non momentosi, rariores tamen sunt parumqve vulgares.

Engang gav jeg mig den Ære at besøge Hr. Johannem Junelium, da værende Sognepræst i Koudekeino, hvilken Egns Præst haver om Sommeren faa, ja fast ingen Tilhørere; thi nesten alle hans Sognefolk forlade ham paa den Tiid af Aaret, flyttende ned til Soekandten i Skerv-Øe og Carls-Øe Præstegield i Tromsoens Provstie i Nordlandene. Den brave Mand tog meget kierligen imod mig, og efter Stedets Leylighed tracterede mig paa det beste, iblant andet med en Ret, hvis lige jeg ey for eller siden haver seet; samme var en Rensdyr-Ost, kogt heel, og heel oplagt paa et Fad, og med lidet Sukker bestroet.

Pastorem Ecclesiæ Koudekeino, Dominum Joannem Junellium certa occasione invisi. Omni me humanitate vir ille reverendus excepit, qvod ad manum erat, jusculum nempe, ex recenti carne rangiferina confectum, pisces fluviatiles, & qvod forsan mirere, caseum rangiferinum, integrum in olla elixatum, multoqve saccharo perspersum, loco scriblitæ, in patina collocatum, apponendo. Ceterum, de Pastore hujus loci hoc qvidem memorabile est, qvod per totam æstatem toto propemodum grege destitutus sit, siqvidem constat, Lappones fere omnes, istam ecclesiam constituentes, ad oras maritimas, in Paroeciis Skiervöensi & Carlsöensi in tractu Nordlandiæ Senjensi & Tromsöensi sitas, æstivo tempore migrare solitos esse.

Da jeg en Jule-Aften opholdt mig i et Forſamlings-Huus i Porsanger-Fiorden, for at forrette i de tre paafølgende Jule-Dage Guds-Tieneſte udi den i Miſſionens Tiid ſammeſteds byggede Kiſtrands Kirke, blev mig givet omtrent et Par Potter ferſk Melk, hvoraf jeg tænkte at ville giore mig ret til Gode, ved at lade mig koge af samme en Grød, men det mislingede; thi Kokken lod saa overflodig Salt i Grøden, at den ey kunde ædes, hvorover jeg den Jule-Aften maatte gaae hungrig til Sengs, saasom slet intet andet var forhaanden at spise.

Da jeg efter min sædvanlige Reyse-Tour lige fra Nyt-Aars-Dag havde vanket paa Fieldene, først hos Porsanger- derefter hos Laxe-Fiords Field-Lapper, og kom i Foraaret imellem Paaske- og Pintse-Høytiden ned i Laxe-Fiorden, for sammesteds efter mit Embedes Medfor at besøge og underwise de der boende Soe-Lapper, gav en Soe-Lap, ved Navn Oluf Erichsen Karsnes, som jeg først tog ind til, mig lidt ferſk Koe-Melk, hvoraf jeg lod koge en Velling, som efter mit Forlangende blev opgiven i to Skaaler, af hvilke een var tiltænkt Manden, der gav mig Melken, og den anden mig selv. Enhver

Accidit, cum aliqvando, ipsa vigilia nativitatis Servatoris, in ædibus qvibusdam, excipiendo Pastori destinatis, commorarer, seqventi Festo, in Templo Kistrandensi, primo Missionis tempore exstructo, sacra facturus, ut modica portio recentis lactis dono mihi data fuerit. Ex hoc ptisanarium parare animus erat, sed propositum male cessit; coqvus enim, cui hoc negotii dederam, tantum salis pulticulæ imprudenter immiscuit, ut eam gustare, nedum totam comedere, minime libitum fuerit. Innocenter qvidem & bona mente id fecerat homo simpliciſſimus, sed moleste sedulus. Interim, qvodcunqve fuerit, esuriens eadem vespera cubitum ivi, cum nihil præterea ad manum esset, qvo latranti stomacho satisfacere possem.

Per omne illud tempus, qvo inter Lappones versabar, semper mihi solenne fuit, inde a Festo renascentis anni, usqve ad illud tempus, qvod Pascha & Pentecosten intercedit, montana peragrare, præconis munere, primum apud Lappones montanos sinus Porsangrici, deinde apud illos, qvi sinum Laxefiordensem tenent, functurus. Molesto hoc itinere defunctus, cum in sinum Laxefiordensem iterum descendere pararem, Lappones hujus loci maritimos pariter instituturus, contigit aliqvando, ut Lappo ille, ad qvem primum diverti

hver kand slutte, hvor kierkommen denne nye Mad vilde bleven mig, da jeg Vinteren igiennem ey engang havde seet, end sige smagt ferst Koe-Melk; men, som benævnte Mand, ligesom og andre Soe-Lapper, havde sine Lam inde i Hytten hos sig, og det Rum, hvor samme stod, befandtes nær den Plads, som mig til Herberge var indrommet, og det var omtrent paa den Tiid af Aftenen, da man plehede at give dem at drikke, og de lugtede Melken, kom et af bemeldte Lam springende over Grinden, hvor inden for de stode, og stødte min Velling-Skaal om, saa jeg blev den qvit. Manden vilde da overladt mig sin tiltænkte Deel; men jeg derimod var om for at tage imod den; thi Grynene, som Vellingen var kogt af, vare saa rare for ham, som Melken for mig.

(g) En Vinter bragte jeg med mig paa Fieldet et lidet Flaske-Foder med 6 Flasker, hver paa en halv Kande, med Brændevin udi, som mit Forset var een og anden gang at

(nomen viri erat Oluf Erichsen Karsnes) portiunculam lactis vaccini recentis mihi obtulerit, ex qvo ptisanam parare animus erat, in duas portiones æqvales dividendam, alteram mihi ipsi, alteram hospiti apponendam. Qvanto tum novi hujus edulii desiderio tenerer, vel ex eo conjici poterit, qvod per totam hyemem, qvam inter montanos transegeram, lac novum ne viderim qvidem, nedum gustaverim. Sed qvoniam in tugurio hujus Lapponis, sicut etiam apud reliqvos maritimos fieri solet, oves certo loculamento discretæ stabant, illudqve ovile mihi discumbenti proximum erat, accidit, ut ovicula, odore lactis incitata, per ostium, qvod uxor Lapponis, oves curatura, forte aperuerat, prosiliret, obbamqve ptisanæ everteret. Ipse hospes, cui dimidia pars ptisanæ, ut modo memoratum est, obtigerat, ea erat humanitate, ut damnum hoc, suam portionem officiose mihi offerendo, reparare voluerit, qvam tamen accipere pari comitate renui, haud nescius, ut novum lac mihi, sic illi pariter oryzam, gratissimi esse saporis.

(g) Iter per montes hyeme qvadam pro more solito facturus, inter reliqva vasa viatoria thecam etiam lagenarum, vino adusto oppletarum, mecum porta-

vi,

(g) Vid. Tab. LXXXIII.

(g) Vid. Tab. LXXXIII.

at bruge til en liden Forfriskning, efterdi jeg, bemeldte Brændeviin undtagen, havde intet at drikke hele Vinteren igiennem, uden iis-koldt med Snee beblandet Vand, som Field-Lapperne have i deres Telt staaende udi en Kaaber-Kiedel, men jeg havde ikke længe været paa Fieldet, forend Flaskerne gik i Stykker, Brændevinen blev spildt, og altsaa hele Vinter-Provisionen derved gik i Lobet, hvilket skede ved saadan Hændelse. En Dag, da jeg var gaaet lidt hen i Marken, vilde den Qvinde, i hvis Telt jeg nu opholdt mig, tage nogle Rensdyr-Kalve-Skind ned af den nær hendes iboende Telt staaende Stillads, saa kaldet Loaavve, hvorom er meldt i det 5te Capitel om Lappernes Boliger, og, saasom mit Flaske-Foder tillige med min ovrige Bagage paa samme var hensat, skede det, at, da hun staaende neden for paa Jorden rykte Skindene ned af Stilladsen, faldt tillige Flaske-Foderet, som var sat oven paa dem, imod Jorden, og, efterdi Sneen var af Rensdyrenes Betrædelse bleven iis-haard, gik baade Flaske-Foderet og alle Flaskerne i to, og Brændevinen lob ud; bemeldte Qvindes Mand, ved Navn Juks Anodtsen, lagde sig derpaa nærgruus, slikkede Sneen, hvor Brændevinen var spildt, og tog saa længe Snee-beblandet Brændeviin til sig, at han blev temmelig drukken. Da jeg ved min Hiemkomst fra Marken fornam, at han havde faaet en Ruus, faldt jeg, saasom uvidende om Tildragelsen, i stor Forundring over, og kunde

vi, eo consilio, ut haberem, qvo me, frigore subinde correptum, nulliqve potui, præter gelidam, qvam Lappones in lebete huic usui hyeme servant, assvetum, reficere possem. Sed neqve hoc institutum ex voto mihi cessit; cum enim in sylvam, haud procul a tentorio, forte exspatiatus essem, uxor Lapponis illius, in cujus tentorio hospitium habebam, egressa erat, pelles qvasdam vitulinas ex armario Loaavve, prope tentorium erectum, in Capite V. de domiciliis Lapponum fusius descriptum, depromptura. Et qvoniam memorata theca una cum aliis sarcinis, qvas mecum in itinere habui, in isthoc armario reposita erat, accidit, ut, cum mulier pelles ad se pertrahere vellet, imposita illis theca, laxata tota compage, præceps in terram prolapsa, una cum lagenis confringeretur, & qvicqvid in illis erat vini adusti, super nivem, pedibus rangiferorum obtritam & condensatam, effunderetur. Ipse tentorii dominus, nomine Juks Anodtsen, vinum adustum odoratus, cupide advolat, & absorpta nive, vino adusto imbuta, ad crapulam usqve sese ingurgitat. E sylva redux, hospitem meum bene potum offendi, qvod tanto majorem mihi admirationem movit, qvanto certior fui, meri aliusve potus, qvo homines inebriari solent, summam in hoc deserto penuriam esse. Et præterea qvoqve me hæc res vel eo nomine anxium habe-

de ikke begribe, hvorledes dermed var tilgaaet her i en Orken, hvor sterke drikkende Varer ikke paa den Tiid vare at faae. Jeg blev og meget fortrydelig over denne Handel, som over noget, hvorved Hans Kongelige Majestets Forordning af 27 September 1726, der under Straf at udstaae Kirkens Disciplin forbyder at skienke en Lap Brændeviin indtil mindste Draabe, og al anden sterk Drik til Overflodighed, var overtraad. Manden tilstod strax, hvorledes der var tilgaaet; først udbrod han med disse Ord: Odne ednak vahag læ shiaddam, Danice: I Dag er her skeet stor Skade, hvorved jeg blev bestyrtset, frygtende, at ham eller nogen af hans Huusfolk nogen stor Ulykke var hændet, da jeg derpaa spurgte ham, hvad Sagen var, udsagde han, hvori Skaden bestod, hvilken jeg kun lidt agtede, og aldrig før eller siden bragte mindste Draabe Brændeviin med mig paa mine Reyser iblant Lapperne, men lod mig al den Tiid, jeg uværdig betiente Missionarii Embede, noye med bare Vand, hvilket, Gud skee Lov! bekom mig saa vel, som Viin; jeg kunde og ikke i den Tiid slukke Torsten ved nogen anden Slags Drik, saa at, naar jeg af en Hændelse kom der, hvor Øl var at faae, (saasom i en Præstes eller anden saadan Mands Huus,) og fik samme at drikke, blev Torsten heller derved foroget, end slukket, og jeg nødsagedes at gaae til Bækken og drikke Vand. Oven benævnte Juks Anodtsen var en temmelig riig Field-Lap, derhos

habebat, qvod mandatum regium, severe & sub poena censuræ ecclesiasticæ cavens, ne vel guttula vini adusti, similisqve potus fortius inebriantis, Lapponibus detur, singulari hoc casu, licet me plane invito, violatum videretur. Factum ingenue confitebatur modo memoratus Lappo, me ex sylva redeuntem sequentem in modum compellans: Odne ednak vahag læ shiaddam. i. e. magnum hodie infortunium accidit! qvibus ego verbis haud aliter ac par erat, motus fui, verens, ne qvid mali vel illi vel familiæ acciderit; sed de damno, cujus gravitatem tanto verborum strepitu elevarat, mox melius informatus, memetipsum collegi, jacturam thecæ (cujusmodi vas nunqvam postea, uti nec antea unqvam, in itinere mecum habui) parum curans. Ceterum omni illo tempore, qvo inter Lappones versabar, sola frigida contentus fui, qvæ mihi omni vino alioqve qvocunqve potu delicatiori & gratior erat & salubrior; & qvoties vel apud Ecclesiarum Pastores, vel apud alios qvoscunqve lautioris conditionis homines, cerevisia mihi propinaretur, comperi, sitim ea augeri verius qvam restingvi, certe, nisi adhibita fontana, sedari non posse. Sed ad hospitem meum redeo, qvi, ut erat inter suos opum ditior, sic ea etiam humanitate præditus, ut totum ferme damnum mihi de suo restituerit.

Mercator

derhos saa skionsom, at han nesten erstattede Brændevinets Forliis.

En Bergensk Kiøbmand, ved Navn Daniel Ravnsberg, som paa den Tiid, da jeg forrettede Missionarii Tieneste hos Porsanger- og Laxe-Fiords Lapper, var en Interessent i den Finmarkiske Handel, og var, for at paa samtliges Vegne see Handelen til Gode, kommen der i Landet, foer om Sommeren ind i benævnte Porsanger-Fiord, for at kiøbslaae med de der boende Lapper. Paa Udreysen fulgte jeg med ham, imidlertid skiød vore Roers-Folk en Otter, lagde strax til Lands, kogte og aad den med stor Appetit. Benævnte Ravnsberg begierede derfor en Smule at smage: da han aad uden at finde sig ilde deraf, fik jeg og Lyst til samme; Kiødet var nesten saa hvidt, som Hønse-Kiød, var overmaade feedt, og smagte ikke ilde, undtagen at det havde nogen Fiske-Smag, efterdi Otterens Fode er bare Fisk.

En Porsanger-Fiords Soe-Lap ved Navn Simon Kiæs, som havde været en navnkundig Troldmand, saa at hans Rygte formedelst samme ikke hastig uddoer iblant Lapperne,

Mercator qvidam Bergensis, nomine Daniel Ravnsbergius, e Societate illa qvæ mercaturam Finmarchicam a Rege certo pretio redemerat, in Finmarchiam, me ibidem Missionarii munus obeunte, profectus erat, negotium, qvod ibi expediendum habebat, curaturus. Huic, ex sinu Porsangriæ, ubi negotii causa aliqvantisper commoratus fuerat, redeunti comes fortuito hærebam. Inter navigandum contigit, ut remiges lutram figerent, prædaqve potiti ad proximum littus, sicut illis est mos, cymbam appellerent, accenso foco ferculum sibi ex ea paraturi, qvod postqvam pro more solito paratum esset, avideqve, nobis inspectantibus, comestum, rei novitate motus Ravnsbergius, partem elixæ carnis, albedine sua se valde commendantis, gustandam poposcit, ex qva comesta qvum nihil incommodi sensisset, exemplum socii seqvutus, portiunculam similiter, absqve ulla valetudinis læsione, comedi re ipsa expertus, carnem hujus animalis, ni piscem non nihil sapuisset, satis delicatam esse.

Fuit qvidam in sinu Porsangrico Lappo, nomine Simon Kiæs, arte magica adeo infamis, ut fama viri inter suos adhuc vigeat, nec in posterum, ut opi-

perne, og hvis Son Peder Simonsön fulgte Bergens Laugmand, Hr. Justitsraad Knagenhielm, til Kiobenhavn, kom ud til Kielvigs Præstegaard, hvor da værende Provst over Vest-Finmarkens Provstie, Hr. Trude Nitter boede; bemeldte Provst, som just var ved Thebordet, da benævnte Lap kom ind i hans Stue, spurgte ham, om han ogsaa vilde have en Skaal Thee. Manden takkede, hvorpaa Provsten iskienkede en Skaal, kom vel Salt deri i steden for Sukker, og lod levere ham den; han med Ærbodighed og Taknemmelighed tog imod den, drak den ud og gik bort. Nogen Tiid derefter hændte det, at velbemeldte Provst kom i samme Laps Huus, og, som i Egnen, hvor han boede, voxte stort Forraad af skionne Multebær, og det var paa den Tiid af Aaret, at benævnte Bær vare modne, spurgte Provsten ham, om han med Multebær var forsynet; hvorpaa Manden kom frem med nogle, hvilke han havde saltet ret vel; som tit bemeldte Provst smagte Bærene, gav han ham en Slags Tilrettesettelse, sigende, at de vare i sig selv gode, men fordervede ved Saltet. Manden svarede: Vi (naar en Lap skal tale Dansk, siger han Vi i steden for Jeg, Os i steden for Mig, og Du til hvem han taler med,) meente, at du var Elsker af alt det, som er salt, efterdi du gav os Salt i Theen.

nor, intermoritura sit, cujus filius Petrus inter lares viri illustris, Dni de Knagenhielm, S. R. M. Consiliarii Justitiæ & territorii Bergensis judicis, Hafniam proficiscentis erat. Hic Simon, in villam pastoralem Kielvigensem, qvam Præpositus Finmarchiæ occidentalis, Dominus Trudo Nitherus, tunc temporis incoluit, aliqvando venerat. Præpositus, qvi tunc forte thermopotavit (*), concham, potione Thee oppletam, sed multo sale, loco sacchari, infectam, hospiti propinavit, qvam ille decenter acceptam exhausit, &, indignatione callide dissimulata, rursus abiit. Aliqvo interposito tempore Præpositus domum memorati Lapponis forte venit. Et qvoniam in isto tractu, ubi Simon noster habitabat, haud exigua chamemori Norvegicæ, eo qvoqve anni tempore matureſcentis copia creſcebat, petiit Præpositus, ut portio memoratarum baccarum, si commodum esset, sibi apponeretur. Præstitit id libenter Lappo, baccas decenter afferens, sed tanta salis copia conspersas, ut ingratissimum præstarent saporem. Præpositus, gustatis baccis, nimio sale depravatis, duriusculis Lapponem verbis castigavit, serio illi exprobrando, baccas per se bonas, nimio sale ab eo fuisse corruptas, & ita genuinum

En

(*) Verbum ex Plauti Trinum: desumptum, ipsi actui bibendi potionem Thee, exprimendo aptum.

En Soe-Lap fra Altens Fiord, ved Navn Junthe Egeskal, blev skiertsviis tilspurgt af en Bergensk Skipper, om han kunde giøre Gan, i. e. skade med Troldoms-Konst? Manden svarede: Nu strax skal du saae min Gan at see, tog derpaa en tændt Brand, som brændte paa Fyrstedet, vistede med den rundt om i Stuen, hvor de vare inde, saa at Gnisterne sloy omkring, og truede at ville slaae Skipperen om Ørene dermed, hvorfor han og hans Følge skamfulde pakkede sig.

En Lap af benævnte Altens Fiord kommende ind i Finmarkens Sorenskrivers Peder Ands Kiokken, hvor Huusfolket var i Arbeyde med at brygge Øl, sagde: Til Lykke og Salighed! Den Stakkel vidste, at, naar Folk havde været Giester ved HErrens Bord, pleyede man giøre dem saadant Ønske; samme meente han og her best at passe

num amisisse saporem. Ad qvod salse Lappo: Nos qvidem, inqvit (obiter observandum est, Lapponem, Danice loqventem, de semetipso in Numero plurali: Nos; ad alium autem qvemcunqve, in singulari: Tu, pronunciare solere) existimavimus, cujuscunqve Te salsitudinis cupidissimum esse, siqvidem potioni Thee, qvam nobis propinasti, salem pro saccharo tam largiter infudisti.

Alius ejusdem loci Lappo, nomine Junthe Egeskal, a nauclero qvodam Bergensi, per jocum interrogatus: possetne muscam ganicam emittere vel alias id genus artes diabolicas exercere? respondit, se id confestim facturum. Dixit, & arreptum e foco ardentem titionem per totam domum, in qva simul erant, huc atqve illuc furibundo similis ita vibravit, ut nauclerus, metuens, ne ipse stricturis, passim volitantibus, læderetur, cum suis se illico proripuerit, Lapponem ulterius lacessere desinens.

Lappo qvidam e parochia Altensi, judicem provincialem, Petrum Andium, in Talgvigia habitantem, forte adiit. Culinam intrans, familiam, in coqvenda cerevisia tum occupatam, solenni formula: Til Lykke og Salighed o: in salutem vobis hoc cedat! compellavit. Simpliciſſimo homini haud ignotum erat,

sacræ

passe sig, og saaledes aflagde det i en god og uskyldig Mening.

(h) I Læbesbye udi Laxe-Fiorden i Øst-Finmarken, hvor nogle Soe-Lapper boe, og i Missionens Tiid for samtlige benævnte Fiords Lapper er bygget en Kirke, tildrog det sig Dagen for Mikkels-Dag imod Aftenen, at, som Morten Olsen Læbesbyes Hustru var gaaet i Marken, for at hente Faarene hiem, og der samme Dag nyelig var faldet Snee, og Sneen havde giort Marken ukiendelig, ved det at den, som for var bar, nu var bleven bedækket, ansaae hun nogle langt borte i en Rad voxende Træer for Mennisker, og af den Indbildning forestillede sig samme værende i Bevægelse, og alt mere nærmende sig, og følgelig faldt paa de Tanker, at det var Russer komne i Landet for at rove; hun løb derfor strax hiem, fortalte hvad hun havde seet, og satte Folket i en stor Angest; thi alle troede hendes Beretning, efterdi den blev dem tilbragt ved en Qvinde, der var kommen til fuld Alder, og tillige ikke var af de taabeligste, og som samtlige Laxe-Fiords Lapper, baade Mænd og Qvinder, samme Dag vare udi bemeldte Læbesbye forsamlede, for at anhøre Prædiken, og blive deelagtiggiorte

sacræ coenæ participes factos ita plerumqve salutari, existimabatqve, eandem salutandi formulam, ubiqve in votum boni ominis, commode adhiberi posse.

(h) Pridie Festi Michaëlis Arch-Angeli contigit aliqvando casus, satis lepidus, qvem paucis commemorasse juvabit. In sinu Laxefiordensi Finmarchiæ orientalis, sita est Læbesbya, locus aliqvot Lapponibus habitatus, ubi etiam templum Lapponibus, sinus hujus accolis, tempore Missionis exstructum fuit. Inter ceteros modo memorati loci incolas erat etiam Martinus qvidam Olai, cujus uxor circa vesperam egressa erat, oves, qvæ in pratis & sylvis pascebantur, qvæsitum & domum reductum. Eodem die multa nix ceciderat, qvæ terræ incumbens novam qvasi faciem sylvis & campis induxit, qvo factum est, ut mulier loca, antea sibi notissima, nunc propter incumbentem nivem non amplius agnoscens, arbores qvasdem eminus conspectas pro hominibus habuerit, &, qvæ natura metuentibus esse solet, ut, qvæ maxime abominantur, sibi fingant, homines hosce sese movere & propius accedere, videre sibi visa sit. Tandem vana imaginatione seductæ & qvasi lymphatæ, nullum amplius supererat dubium, Russos

(h) Vid. Tab. LXXXIV.

(h) Vid. Tab. LXXXIV.

giorte i Herrens Nadvere paa nestfolgende Michels-Dag, da Kiolle-Fiords Præst Hr. Christen Opdal der i forbemeldte Kirke skulde forrette Guds-Tieneſten, tendte de i Morket om Aftenen her og der ude paa Marken store Baal an, for at indbilde Fienderne, som efter deres Tanke vare nær for haanden, at paa Stedet befandtes en Folkerüig Forsamling, og derved jage dem nogen Frygt ind, de skiode og med løst Krud den gandske Aften, skreege og raabte, og giorde saaledes en blind Allarm. Da det leed langt ud paa Aftenen, sendte de Spioner, 3 af sine raskeste unge Karle ud for at recognoscere, og som disse tovede at komme tilbage, sendte de atter andre afsted, hvilke komme de forst udsendte paa Tilbagekomsten i mode og saae dem, endskiont det var deres egne forhen udsendte Spioner, i Morket af Frygt og Banghed an for en hob Russer, og derfor, uden at sporge: Wer da? i Øyeblikket lobe tilbage til Læbesbye, hvor den samlede Armee stod, som da i en Hue og Hast rustede sig til Striid, og sattede det Forset at levere Fienden et Felt-Slag. Een, som fordi det var koldt, ikke vilde gaae afsted med bare Hænder, fik i den Forvirrelse, da han i Morket sogte i Huset efter et par Vanter, i steden for samme et par Barne-Buxer paa Hænderne. Somme ginge afsted med Bysser, nogle med Øxer, andre med Leer. En Qvinde, som jeg siden selv har talt med, begav sig paa Felt-Toget med en Lee i den høyre Haand, og

Russos esse, ad latrocinia & prædam venientes. Nec mora, domum, qvanta potuit pernicitate properans, cuncta pavore complevit. Fides habebatur mulierculæ, utpote homini justæ ætatis & minime subleſtæ fidei. Accidit præterea, ut eodem illo die omnes sinus istius incolæ, mares ac fœminæ, non contemnenda turba, in Læbesbya congregati essent, Sacris, postero die, interfuturi, administrante Domino Christierno Opdahl, sacrorum apud Kiöllefiordenses antistite. Tristi hoc nuncio accepto cuncta ad defensionem parabantur: varii ignes hinc illinc per campos accendebantur: sclopi explodebantur, truci simul sublato clamore, eum in finem, ut hostis, qvem prope adesse minime dubitabatur, hisce signis, speciem ingentis multitudinis præbituris, deceptus fugam mature capesseret. Appetente nocte tres juvenes, omnium, qvos habebant, promptissimos, statum hostium exploraturos emiserunt, qvibus exspectatione longius cunctantibus, alios iterum emiserunt, qvi redeuntes socios, in qvos forte inciderant, præ metu & consternatione animi non agnoscentes pro hoste habebant, qvamobrem, ulteriori exploratione omissa, in castra reversi, adesse hostem & acie decernendum esse, annunciabant. In communi hac trepidatione, e cohorte, nescio qvis, chirothecis, qvas adurens frigus & instantis pugnæ ratio poscere vide-

og sit Barn paa den venstre Arm; men, som de fleeste af den her forsamlede Hob ey vare Stedets Beboere, men komne did fra andre Steder i Sognet i ovenmeldte Ærinde, hittede de ikke grandgivelig Veyen i Mørket, og derover, dog uden at komme til Skade, faldt en Deel Hovedkulds henne paa Marken i en Dynd-Hule, saa at der efter Ordsproget blev meere Skarn end Blod, og de alle tilsidst maatte skamme sig ved at see sig fixerede.

videbantur, destitutus, cursitando in tenebris braccas infantis cujusdam, forte sibi obvias pro chirothecis arripiebat. Acies hæc, raptim instructa & pavore fluctuans, fœminis pariter ac viris constabat, qvorum alii sclopis, alii bipennibus, qvidam falcibus, armati erant. Mulier qvædam, tumultuarii agminis & ipsa pars aliqva, qvacum de pugna hac imaginaria sæpe confabulatus fui, hosti, ut ipsa qvidem putabat, obviam procedebat, dextra falcem, sinistra autem infantem gestans. Sed cum plurimi non hujus loci incolæ erant, verum aliunde, ex eadem tamen parochia, advenientes, locorum itaqve ignari & noctis tenebris offusi, in foveam, forte obviam, imprudenter, innoxie tamen, magnam partem inciderunt. Talem & tam lepidum exitum tanti discriminis apparatus habebat.

En Soe-Lap fra Kors-Fiorden i Altens Præste-Gield ved Navn Peder Nielsön slog Væd med en Bergens Skipper om, at han staaende paa Skibs-Dækket skulde af frie Haand, med Skud af sin Rifle-Bysse treffe Floy-Knappen paa Skibets Stor-Mast, og vandt Væddemaalet.

Lappo qvidam ex tractu Altensi in Finmarchia occidentali, cui Nicolao Petri nomen erat, cum nauclero qvodam Bergensi, posito pignore, depactus erat, se, in foris navigii stantem, glande e sclopeto striato emissa, supremum mali apicem accurate percussurum fore, qvod etiam ex compacto præstitit.

18. Ca-

Caput

18. Capitel.

Om

Lappernes Sygdomme og Liig-Begiængelse.

I Finmarken haver man sielden vidst af Borne-Kopper at sige, saa at vel 30 a 40 Aar ere gaaet forbi imellem hver Gang, benævnte Sygdom der i Landet haver indfundet sig. For nogle Aar siden grasserede den der meget hæftig ved at legge mange i Graven, ey allene Born, men endogsaa bedagede, der havde opnaaet 70 Aars Alder; hvilket skede af saadan Hændelse: En vis Mand ankom fra Skotland til Bergen, og, saasom han bragte af Borne-Kopper besængte Born med sig, udspredde denne Syge sig i Bergens Bye og omliggende Egne, saa at sammesteds mange Menniskers Øyne, der ligesom nylig havde kiget ind i Verden, og saaet dens Lys at see, bleve tillukte, og, efterdi Nordlænderne, de saa kaldede Nordfarer, som hver Sommer med store Jægter seyle til benævnte Kiøbsted, for at afhandle deres Vahrer, bestaaende i saltet Sild, tor Fisk, Tran samt deslige, ogsaa nu vare komne did i samme Ærinde, bleve de af bemeldte Syge angrebne, og ved Hiemkomsten besængede sine Nabver i Nordlandene, og saasom samme Nordlændere hver Vinter begive sig til Finmarken paa Fiske-Fangst, bleve Finmarkens Beboere

Caput XVIII.

De

Morbis & Exseqviis Lapponum.

Varioli, genus morbi atrox & contagiosum, in Finmarchia rarius, & qvidem intra triginta vel qvadraginta annorum spatium, vix semel grassantur. Ante aliqvot abhinc annos tanta in hisce oris maglignitate sæviit hæc lues, ut innumeram fere multitudinem omnis ætatis & sexus absumpserit. Iuvenis qvidam, natione Scotus, malum hoc Bergas secum advexit, a qvo profecta contagio latius, ut fieri solet, manavit, advenasqve qvosdam ex ultima Nordlandia, Bergis æstate, ut illis mos est, negotii causa commorantes, veneno suo infecit. Hi ex itinere domum reduces, contagium mali primum inter suos propagarunt; & qvoniam stato qvotannis tempore littora Finmarchiæ, piscationis exercendæ gratia, freqventare solent, semina atrocis morbi per has similiter oras sparserunt. Ceterum, vel ex hujus morbi, epidemici identidem grassantis, indole & effectis, mirabiles illas ac menti nostræ plerumqve imperveſtigabiles vias & rationes, qvibus in sui vindictam divina procedit ira, ex parte etiam cognoscere & æstimare licet. Et qvemadmodum plerisqve rusti-

Beboere iligemaade af dem befængede. Vi merke ogsaa i denne Handel Guds underlige Veye til et Lands Hiemsøgelse for dets Synders skyld. Efterdi tit-bemeldte Sygdom, som sagt, sielden fornemmes i Finmarken, skeer det, at ligesom Norske Bonder regne deres Alder fra Kriigs-Tiid imellem Danmark og Sverrig, regner en Finmarkisk Lap sin Alder fra den Tiid, Borne-Kopperne der i Landet indsandt sig, giorende saadan Regning: saa gammel var jeg i Borne-Koppe-Aaret, siden den Tiid haver jeg levet saa mange Aar, og haver derfor nu opnaaet den Alder.

Af Hoved-Piine, Ryg-Verk, og en Deel andre Svagheder befinde Lapperne sig undertiden besværede.

Til Lægedom for indvortes Svaghed drikke de Blodet af en Sæl-Hund eller vildt Rinsdyr; saasnart Dyret er aabnet, tage de af dets Blod, og drikke samme, imedens det endnu er varmt. Tand-Pine læge de med Blodet af en Sælhund. I Vanvittighedens Tiid pleyede de imod benævnte Tilfælde, stange sine Tænder med en Tandstikker af et Træ, som var slaget af Torden, formeenende sig en besynderlig Hielp deraf at bekomme. Det hender, at en Lap faaer et farligt Tilfælde i Tænderne af en Orm, der haver sort Hoved, er paa Farven guulagtig,

cis Norvegicis moris est, annos ætatis suæ a tempore ultimi, Danos inter & Svecos gesti belli, numerare, sic Lappones a tempore sævientium variolorum computare solent, in hunc fere modum instituentes: morbo variolorum ultima vice grassante tot annos habui &c.

Cephalalgia paucisqve aliis morbis communibus per intervalla affliguntur Lappones, cetera sani & robusti.

Morbos, ut vocant, internos, sangvinem phocæ, vel etiam rangiferi feri, adhuc tepidum bibendo, pellunt. Odontalgiam, acutissimum alias & propemodum insanabile malum, haustu sangvinis phocæ similiter curant. Olim, durante adhuc ignorantiæ tempore, nullum adversus hoc malum præsentius remedium inveniri posse existimarunt, qvam dentes paxillo, ex arbore fulmine percussa formato fricuisse. Præterea rarum qvoddam, &, si causam spectaveris, alibi forsan inusitatum odontalgiæ genus inter Lappo-

agtig, samt af et Byg-Korns Storlighed, og tilsøyer svar Smerte (214).

Naar en Hinde fornemmes at ville trække sig over Øyet, skeer det, at man sætter en bekiendt Orm eller Insekt med 6 Fødder (215) ind under Øyen-Laagene, at den med sin subtile Biden og Kritlen skal svække bemeldte Hinde. Denne Cuurs Brug forbyder vel Undseelse mig at melde om; men, efterdi den er virkelig, og derhos saa ugemeen, at dens Lige neppe er hørt, vilde jeg ey undlade at anføre samme. Frost læge Lapperne med Rinsdyr-Øst, hvis Feedme det angrebne Lem besmørres med. At et Saar skal holde sig mygt, anstryge de det med den af Fyrre-Træ nedflydende Harpix. Jeg kiender Lapper, som, naar de havde brudt noget Been, da, foruden at sætte samme i Lave igien og styrke det med Spiiler, toge pulveriseret Sølv og Kaaber ind i koldt Vand, og forsikkrede sig god Hielp deraf at have befundet.

Hvorledes

Lappones datur, in eo consistens, qvod dentes morsu vermiculi cujusdam subflavi coloris, sed nigri capitis, granum hordei forma & magnitudine æqvantis, non sine acutissimo doloris sensu subinde arrodantur (214).

Oculos, inducta membrana qvadam caligantes, immisso pediculo (215) (sit venia verbo) membranam subtili sua fricatione exesuro, curare solent. Medicinæ hujus mentionem ne facerem, ipsa honestatis ratio prohibere videbatur, sed qvoniam hæc medendi methodus adeo rara & inusitata est, ut similem apud medicorum filios frustra qvæsiveris, ejus saltem meminisse licebit. Adversus pernionem aliosqve ex nimio frigore contractos morbos, oleo utuntur, ex caseo rangiferino expresso, qvo læsam membri partem perungunt. Vulnera, qvo minus indurescant, resina, ex abiete exsudante, emolliunt. Lappones qvosdam novi, qvi, fracto crure, priusqvam luxatam & contusam membri partem in ordinem redegissent, redactamqve ligamentis firmassent, argentum, & si id non

(214) Denne skal efter almindelig Mening være Gordius *aquaticus* fn. sv. 2068. paa Svensk: Onda Betet: Ellers nævnes der og om en anden Art fn. sv. 2070. ved det Navn Furia *infernalis*; hvorom man kan læse Linn. amœn. acad. III. p. 321-324.

(215) Pediculus *humanus* fn. sv. 1939.

(214) Hic vulgo putatur esse Gordius *aquaticus* fn. sv. 2068. Sveeis: *Onda betet.* Ceterum & alia vermium species memoratur fn. sv. 2070. sub nomine: Furia *infernalis*, de qua & vid. Linn. am. acad. III. 321-324.

(215) Pediculus *humanus* fn. sv. 1939.

Hvorledes de ved et Stykke antændt Knoſk (216) curere Pine i Arme og Fodder, er forhen meldt.

En liden Seene, ſom paa Rinsdyrets Bagbeen gaaer ned til Kloven, brugte de til at ombinde forvrikkede Seener og Lemmer med, men med Forſkiel, i det at en Mands-Perſon i ſligt Tilfælde betiente ſig af bemeldte Seene, om den havde ſiddet paa en Simles, men en Qvinde derimod, om den havde paa en Rinsdyr-Oxes Bagbeen havt ſit Sæde.

Naar en Lap ved Døden er afgangen, nedlegges hans Liig ikke ifort Skiorte, men nogen i Liig-Kiſten. Under Liiget bliver lagt Hovl-Spaaner, eller andet ſaadant. Oven til bedekkes det med et Klædebon. Med et lidet Følge af nærmeſte Paarørende henbæres det til Graven. I ſomme Egne ſkeer det, at en Formuende lader tillige anrette for dem, der geleydede den Døde til ſit Hviile-Sted, et lidet tarveligt Maaltid, ſaa og tracterer dem med lidt Miød eller deſlige. Efter Beretning pleyede Lapperne i forige Tider

ſuppetat, æs in pulverem comminutum biberunt, ſerio affirmantes, ſe, metalli hujus potabilis uſu haud parum lenimenti cepiſſe.

Quo modo dolorem pedum vel brachiorum, ope ardentis fomitis (216), pellunt, antea oſtenſum eſt.

Nervus ille, qvi per pedes rangiferi poſteriores ad ungulas usqve extenditur, nervis aliisqve membris attritis & luxatis colligandis & in ordinem ac ſtatum priſtinum reſtituendis, inſervit, hoc tamen diſcrimine, ut nervi rangiferi fœminæ in uſum marium, & qvi ex rangiferis maribus deſumuntur, pro fœminis adhibeantur.

Corpus defuncti Lapponis, ſuper qvædam lignorum ramenta, nudum capulo imponitur, ſola ſuperiori ſui parte vili panno obtectum. Funus, tam levi apparatu inſtructum, pauciſſimis propinqvorum comitatum, tumulo inferendum effertur. Superſtites, ſi opibus valuerint, comitatum funebrem ferali qvidem coena excipiunt, ſed ſupra modum ſimplici, univerſo apparatu ex modica hydromeli portione &c. conſtante. Antiqvitus in hac gente moris erat, ut, qvos ſua

(216) Boletus *fomentarius* fl. ſv. 1252. paa Norſk: Bjørke-Sop.

(216) Boletus *fomentarius* fl. ſv. 1252. Norvegis *Bjørke-Sop*.

Tider hos sine Offer-Steder begrave deres Liig, der i levende Live havde viist gode Prover paa at være vel ovede i at skyde; men de ovrige maatte tage til Takke med andre Grav-Steder i Orken. Over Graven hvælvede man en Slæde, eller saa kaldet Kierres, om hvilken er meldt i det 10 Capitel om Lappernes Age-Redskab. Sine Afdode pleyede de og henlegge i store Steen-Hobe eller Steen-Urer, efter at Legemet forst var indsvobt i Næver, der er den tynde Birke-Træ-Bark, hvormed Norske Bonder tække sine Huus-Tage. Legemets egentlige Hviile-Rum i samme blev tilreedt af tynde aflange Steene, de saa kaldede Steen-Hylder, af hvilke nogle sattes ved Siderne, Hovedet og Fodderne, andre bleve lagte til Bond under, og til Laag over samme, og saaledes foreskillede en Liig-Kiste. De i Finmarken boende Lapmarkiske Bonder af den Finlandske Nation bruge ved deres Liigbegiængelse en selsom Skik, i det at de henbærende deres Afdode til Graven, lade Liig-Lagenet henge ud af Liig-Kisten paa begge Sider.

En Lap giver gierne i levende Live sit Barn en Simle, hvilken, efterdi ogsaa af dens Affodning tilsiges Barnet, kand forinden

sua præ ceteris arcu vel sclopo feriendi peritia commendaverat, in locis, idolorum cultui sacris humarentur, reliqvis, utpote vilioris conditionis hominibus, in tesqvis aliisqve locis ignobilioribus, sepulcra nactis. Ipsum sepulcrum non alio ornamento, qvam vili traha, Kierres Lapponice nuncupata, de qua in Capite X. de Lapponum Instrumentis vectariis &c. egi, negligenter, sic pervoluta, loco cippi decorabatur. Aliqvando etiam in usu fuit, defunctorum cadavera, cortice betulæ exteriori, qvam Næver vocant Norvegi, & pro scandulis utuntur, contecta molibus saxeis, huic fini congestis & exstructis, inferre. Ipse Sarcophagus, condendo cadaveri proprie aptatus, planis & oblongis lapidibus, ad singula latera erectis & ordine dispositis, constabat, substrato & operculo, ex ejusdem generis & formæ lapidibus factis, totaqve strue ordinariis capulis, qvalia apud nos in usu sunt, haud multum absimili. In exseqviis rusticorum Lapponicorum nationis Finlandicæ, Finmarchiam incolentium, hoc singulare observatur, qvod extremitates lintei sepulcralis, dum funus effertur & procedunt, majoris pompæ & ornatus gratia, e capulo paululum promineant.

Inter reliqvos mores, huic genti proprios, hic qvoqve referri meretur, qvod Lappones liberis suis, simul ac nati, sunt,

inden Forældrenes Død forskaffe det et temmelig stort Forraad af Rensdyr, hvis den er frugtbar, og dens Afkom vel trives. Naar een af Forældrene ved Døden afgaaer, fradrages saadanne Rensdyr, som Barnets egen Eyendom, Boets Massa, forend det imellem den Afdødes efterlevende Ægtefælle og Børn bliver deelet.

19. Capitel.

Om

Lappernes forrige Afguder.

Naar Qvinderne havde brugt bemeldte eller andre deslige Midler, for at blive Hexe-Mesterinder, have de efter egen Tilstaaelse ved adskilligt Foretagende giort Forsøg paa, om de i Kunsten vare duelige, og ved Provelsen befundet sig bequemme, saasom: ved at kaste et Traad-Nogle ud paa Vandet, og faae det til sammesteds af sig selv at løbe rundt om. At komme et Dyr til at briste i toe, ved at blæse og spytte paa det i den Ondes Navn.

Om sine Bedrifter have de giort adskillige sælsomme og ublue Bekiendelser: De have foregivet, sig i Svaners, Ravnes, Falkes, Giæsses, Ænders, Maagers, Sælhundes, Marsviins, Hvalfiskes, samt andre Fugles, firefødte Dyrs og Fiskes Gestalt

hauſtu lactis, pulmento e lacte butyroqve ſapparato, fruſto caſei, halece ſalita & pane &c. Alia confitebatur, ſe felem mulcendo faſcinandi facultatem eſſe conſecutam; alia, ſe tria ova in dolium immittendo, idemqve aqva implendo eandem ſortitam eſſe virtutem. Alia iterum profeſſa eſt, anum qvandam ſibi fiſtulam dediſſe, hoc addito promiſſo, ſe illam inflando hominibus pecudibusqve, qvicqvid vellet, illaturam malum, ſeqve hoc modo artis compotem factam eſſe. Plures etiam abſurdæ confeſſiones ita ſunt editæ.

Fœminæ, his aliisve machinis, ut veneficæ evaderent, adhibitis, variis inceptis, ut ipſæ faſſæ ſunt, periculum fecerunt, an arti habiles eſſent, tentamineqve idoneæ compertæ, v. c. efficiendo, ut glomus, in aqvam projectum, propria vi volutetur; ut animal, illud afflando, diaboliqve nomine conſpuendo, disrumpatur.

De factis ſuis varias inſolentes monſtroſasqve edidere confeſſiones: forma cygnorum, corvorum, falconum, anſerum, anatum, phocarum, delphinorum, balænarum, nec non aliarum volucrium, qvadrupedum piſciumqve, ſe

Geſtalt at have opvakt Storm-Veyr, og ombragt Fartoyer paa Vandet.

Samme bekiendte de ſig at have udrettet ved at ſlaae 3 Knuder paa et Haand-Klæde i den Ondes Navn, og efter at have forſt ſpyttet, eller lagt ſorte, hvide og rode Steene, eller ſorte Traade, eller blæſt i Knuderne, kaſte bemeldte Haand-Klæde ud paa Vandet og tillige nævne den Perſon, hvis Fordervelſe og Undergang de eftertragtede, ved Navn. Een ſagde, ſig at have opvakt Skade-Veyr ved Vind i en Sæk, ſom hun oploſte, bekiendte derhos, at hun havde ombragt et Bergens Skib, og under den Forretning havt Tilhold i en ſtor Bolge, ſom omkaſtede Skibet. Een foregav, at hun med flere Trold-Qvinder havde tilveyebragt nogle Soefarendes Undergang ved ſaadan Adfærd, at de i Menniſkers Geſtalt fore ud paa Soen efter Baaden, ſom Folket var i, at hun ſelv reed paa en ſort Kalv, og at de ſamtlige i denne Reyſe-Færd traadde Baaden under. Een anden aflagde ſaadan Bekiendelſe, at hun med en anden Trold-Qvinde havde ladet en Baad og dens medfarende Folk omkomme ved at udkaſte paa Vandet et til en Steen anbundet Stykke Knoſk, og efter dets Udkaſtelſe ſkyde efter ſamme med en Skovl. Eens Udſagn var, at hun ey allene ved at blæſe i en Pibe i den Ondes Navn, havde paa Vandet kuldkaſtet en Baad, hvori vare 2de Drenge, men og i Folgeſkab af 3 andre Trold-

tempeſtates excitaſſe, & navigia in mari deſtruxiſſe fatebantur.

Idem ſe effeciſſe confitebantur, dum in mantili tres nodos nomine dæmonis nexuerunt, idemqve, poſtqvam illos ſputo contaminaverant, aut etiam nigros, albos, rubrosqve lapides, vel nigra illis immiſerant fila, aut nodos inflaverant, in aqvam projicientes, illius nomen, cujus moliebantur interitum, nominarunt. Alia prætexebat, ſe per ventum in ſacco, a ſe aperto, intempeſtatem excitaſſe, addiditqve ſe navim bergenſem deleviſſe, cui incepto unda immanis, navim ſubvertens, ſuccurrit. Alia tradidit, ſe cum pluribus ſagis nautis qvibusdam interitum hoc modo conciviſſe: forma ſe humana ad mare contulerunt, ſcapham, in qva erant nautæ, aggredientes, ipſa nigra vehebatur juvenca, unitisqve viribus ſcapham in hoc itinere conculcarunt. Alia nugata eſt, ſe cum alia venefica ſcaphæ illiusqve nautis interitum attuliſſe, dum lignum qvoddam ſpongioſum, lapidi alligatum, in mare projecit, inqve illud ejectum palam jaculata eſt. Alia confitebatur, ſe fiſtulam nomine dæmonis inflando, ſcapham, in qva duo juvenes erant, non ſubvertiſſe tantum, ſed tribus aliis etiam veneficis comitatam, interitum navi conciviſſe, qvem in finem una illarum aqvilæ, ſecunda cygni, tertia cornicis, & ipſa columbæ

Trold-Qvinder tilveye bragt et Skibs Forulykkelse, til hvilken Gierning een af dem paatog sig en Orns, den anden en Svanes, den tredie en Krages, og hun selv en Dues Skikkelse, og de alle i saadan Gestalt, satte sig og fulgtes ad paa en Tonde-Bond over Soen fra Vasoe indtil Domen (en saa kaldet Klippe, som ligger nogle Miile fra bemeldte Vasoe) hvor de samtlige forlode deres Fartoy eller Tonde-Bonden, floye op i Luften, loste sine Knuder, sigende: Vind i Fandens Navn, og derpaa ved Flugt begave sig ud paa Havet, indtil det Skib, hvis Undergang de søgte, var indhentet, hvor de da i ommeldte Gestalt satte sig, en ved Skibets Roer, 2de paa Overlaaget og en paa dets store Mærs. Een bekiendte sig at have forraset en Baad ved slig Omgang, at, da Folket lagde fra Landet, holdt hun sig afsides i en Viig, og at, da de med Baaden vare komne et Stykke fra Landet ud paa Fiorden, svommede hun efter i en paatagen Sælhunds Skikkelse og kuldkastede den. En anden gav sig ud for at kunde skille Folk af med Livet paa Soen, ved at sette 2 Egge-Skaller i en Balle med Vand i; naar Egge-Skallerne vare omhvælvede, havde og Baaden, som Folket var i, efter hendes Udsigende samme Skiæbne.

Som Trold-Qvinderne have foregivet sig paa mange Maader at kunde frembringe Uveyr, og derved ombringe Menniſker paa Vandet,

columbæ formam, induerunt, omnesqve, in fundo cadi hoc habitu consîdentes, a Vasoea usqve ad Domen, petram ita dictam, a Vasoea paucorum miliarium spatio distantem, trans mare vehebantur, ubi navigio suo, vel fundo cadi relicto, in altum evolarunt, nodisqve solutis, proclamarunt: Vente nomine dæmonis; qvo facto, ad mare volatu tetenderunt, usqve dum navim, cui interitum parabant, consequebantur, in qva forma supradicta considere, una ad gubernaculum navis, duæ in transtris, unaqve in corbe majori. Alia confitebatur, se scapham hoc peremisse modo: navi a terra soluta, recessu sinus se abdidit, scaphamqve parum a terra provectam, forma canis marini adnatando subvertit. Alia narrabat, se, duas testas ovi in cadum, aqva repletum, immittendo, hominibus vitam adimere posse; testis ovi circumvolutis, scapha etiam, in qva nautæ erant, idem, inqvit, sustinuit fatum.

Ut veneficæ variis modis intemperiem excitare, perqve illam homines in mari e medio tollere posse prætexuerunt,

ita

Vandet, saa have de og tilstaaet, sig ved et og andet Overtroisk, dennem i Satans Skole lært Foretagende og Middel at have paaført Folk adskillige Sygdomme og Lemlæstelse, ja og Døden, nu ved en Drik Melke-Valle, som man havde ladet Græs og Muld udi, og læst Herrens Bøn over, nu ved en Drik Øl, som man havde ladet den Aand, man stod i Foreening med, være kraftig udi, nu ved en forhexet linnet Kluud med sort Uld-Traad udi, som man havde forvaret i et Hul i Væggen, nu ved at beblande dens Spise, som man agtede at skade, med noget at see til, som blaae Stivelse, nu ved at spytte 3 Gange paa en Kniv, og med Spyttet bestryge eens Lemme. Een bekiendte, at den Dievel, hun stod i Pagt med, havde fort hende til Vardøe i en Strand-Erles (223) (en saa kaldet Fugls) Gestalt, samt lovet at bringe hende til Bergen, for at ved hendes Hexe-Kunst dræbe en der i Sandviigen boende Mand, som hun havde ond Villie til.

En anden Qvinde blev anklaget for at have ved saadan Omgang forhexet en Pige, at hun lod sin Søn paatage en sort Kats Skikkelse, og i samme Gestalt komme Pigen, som var i Arbeyde med at slæbe en Slæde med Sand i, trillende i Møde; saasom Katten 2 a 3 Gange satte sig paa bemeldte

ita etiam tradidere, se uno alioqve superstitioso, ipsis in ludo Satanæ instillato, incepto, machinaqve, hominibus varios intulisse morbos, illos mutilasse, qvid? qvod? vita privasse, jam hausto seri lactis, herbis terraqve mixti, super qvo oratio dominica recitata erat, jam hausto cerevisiæ, in qva spiritus, cum qvo fœdus inierant, efficax erat; jam panno linteo incantato, cui nigrum filum laneum erat intextum, qvod in foramine parietis condiderant; jam cibum istius, cujus inhiabant perniciei, massa qvadam, alicæ cœruleæ haud absimili, miscendo; jam cultrum ter insputando sputoqve membra ejus liniendo. Venefica, qvædam confitebatur, dæmonem istum, cui fœdere juncta erat, se ad Vardoe forma avis, Strand-Erle (223) dictæ, tulisse, pollicitantem, se ipsam Bergas ducturum, ut virum Sandvigæ habitantem, cui infensa erat, sua necaret arte.

Alia fœmina veneficii, in puellam qvandam hoc modo exerciti, accusabatur: filium suum forma felis nigri induit, effecitqve, illum hac forma in occursum puellæ, traham, sabulo oneratam trahentis, volutari; felem, bis terve in traha considentem, ictu aliqvoties petiit puella, illumqve

(223) Charadrius *Hiaticula* Linn.

(223) Charadrius *Hiaticula* Linn.

meldte Slæde, og Pigen nogle Gange slog efter den, og tilsidst med en Skovl traf og dodede den, og derpaa tog Veyen Hiem ad, og paa samme Vey, gik ovenmeldte Qvindes Huus forbi, kom samme Qvinde derud fra, og lod saadanne Ord falde: det var min Son du slog, du skal faae Skam for det; hvorefter tit-bemeldte Pige sagdes samme Dag at have gaaet fra Forstanden, og være bleven Sengeliggende.

Trold-Qvinderne have og aflagt adskillige Bekiendelser om deres Adfærd anlangende Qvægs Beskadigelse, nu ved at sette sig paa Dyrets Ryg og sige: Far! nu ved at give det lidt Hoe at æde, tillige sigende: Æd i Fandens Navn! nu ved at give det et saa kaldet Avinds Salt ind. En udsagde en Trold-Qvindes Bon Ord fra Ord, som hun havde lært uden ad. Indholden deraf vil jeg ey for visse Aarsagers skyld ansøre. Een bekiendte, at hun havde flyed sin Spirit. Famil. lidt med Korn bemænget Uld for at bringe samme i en Koe, sagde derhos, at, da Koen denne Recept havde bekommet, brast den ved hendes Haands Paaleggelse i to, og at efter dens Død fandtes bemeldte Uld i et stort Hul inde i det tykkeste af Laaret, endskiønt Huden var heel. Een paastod, at hun kunde skaffe sig Melk af andres Koer, ved at sette et Horn under Koens Bug, og malke den i den Ondes Navn; hvorefter den først gav Melk, siden Blod, og derpaa døde.

Som

illumqve tandem pala necavit, qvo facto, domum se conferens puella, domum commemoratæ mulieris præteriit; mulier, hæc egressa, in hæc verba prorupit: filium meum percussisti, hoc tibi male cedet, ferturqve puellam hanc postea mente captam, lectoqve tentam fuisse.

Veneficæ etiam varias de modo bestiis nocendi edidere fabulas, nunc tergo animalis insederunt, dicentes: abi nunc; illi parum frumenti præbuerunt addentes: ede nomine dæmonis; nunc sal invidiæ ita dictum illi attulerunt. Qvædam orationem sagæ, qvam memoriæ mandaverat, ad literam mihi recitabat, cujus argumentum, certis permotus rationibus, afferre nolo. Alia fabulata est, se genio suo familiari parum lanæ, frumento commixtæ, dedisse, ut istam in vaccam qvandam inferret, addebatqve vaccam, hoc medicamine recepto, impositione manus ipsius disruptam, lanamqve hanc post mortem illius in amplo foramine crassi femoris, cute illæsa, esse inventam; Alia asseveravit, se e vaccis aliorum lac sibi comparare posse, cornu ventri vaccæ applicando, illamqve alterius nomine mulgendo; qvo facto, primum lac, deinde sangvinem edidit, tandemqve exspiravit vacca.

Som Trold-Qvinderne gave sig ud for ved deres Hexe-Kunst at kunde beskadige Folk og Fæ, saa foregave de iligemaade, sig ey allene at kunde helbrede syge Mennesker ved 3 Ganges Haands Paalæggelse, ved at røge med tændt Knosk under Skorten paa den Syge ꝛc. men endogsaa at kunde hielpe med Svaghed behæftet Qvæg til rette, saasom: ved at tage paa en Sondag Salt med sig i Kirken, naar Qvæget ey vilde trives, ved at læse over det, naar det ey vilde give Forraad af Melk, en bespottelig, meget absurd Bon, hvis Indhold jeg ey vil anføre.

Trold-Qvinderne have ogsaa i deres Bekiendelse tilskrevet sig adskillige andre selsomme Bedrifter. Eens Udsagn var, 1) at hun havde givet en ung Karl, et til en Steen anbundet Stykke Knesk, samt budet ham at kaste samme ud paa Vandet, naar en stor Bølge kom anfaldende, og tillige nævne hendes Navn 3 Gange; hvorefter da Bølgen skulde legge sig, og ingen Skade tilføye ham. 2) At hun havde flyed nogle unge Karle en blandet Drik, bestaaende af Hav-Vand, tyndt Øl, Melke-Valle, Elve-Vand og Peber, til en Befrielse fra at omkomme paa Søen; Samme maatte ey drikkes, men søbes med Skeer, saafremt den skulde have bemeldte Virkning. 3) At hun havde leveret en ung Karl en linnet, samt en anden en uldeu Traad, som de skulde binde til deres Fiske-Krog, og forsikkret

Ut sagæ hominibus bestiisqve arte sua magica se nocere posse commentæ sunt, ita etiam asseverabant, se non ægrotos homines tantum, ter repetita manuum impositione, indusium ægroti accensa sulfumigando spongia &c. sanare posse, sed ægrotis etiam bestiis succurrere callere, v. c. die dominico sal secum in templum portando, qvando non pingvescit armentum, probrosam perridiculamqve recitando orationem, qvando ubertas lactis fallit, cujus argumentum afferre nolo.

Veneficæ etiam in traditionibus suis varia alia ridicula sibi attribuerunt facta. Una tradidit. I. Se juveni cuidam lignum spongiosum lapidi alligatum, dedisse, hoc jussu addito, ut, magna ipsum invadente unda, illud in mare projiciens, ipsam ter nomine appellaret; qvo unda cadens nullam ipsi afferret perniciem. II. Se juvenibus qvibusdam potum, aqva marina, zytho tenui, sero lactis, aqva fluviali, & zingibere commixtum, præbuisse, ne mari perirent; idem haurire non liceret, cochleari vero absorberetur, si vi sua polleret. III. Se juveni cuidam linteum, aliiqve laneum filum, hamo piscatorio alligandum, tradidisse, illis secundam in captura piscium fortunam augurantem. Fingebat alia, se mare a Vasöe usqve ad Kiberg, scopis vectam, trajecisse,

kret dem om, at de derved skulde have god Lykke til Fiskefangst. Een foregav, at hun havde redet paa en Feye-Kost over Soen fra Vasoe til Kiberg, da en anden, som var i Folge med hende, reed paa et sort Faar. Een sagde, at hun samt flere Trold-Qvinder havde ved deres Trold-Kunst fordrevet Fiske fra Landet, under hvilken udædiske Giernings Iverksettelse, en af dem fremviiste; sig i en Storje (et Slags store Fiskes) Skikkelse, en anden udi sin egen Gestalt, værende iforte sort Troye, blaat Bossel-bays Skiort, en rod med Guld-Kniplinger ziret Hue, samt hviid Hals-Klud, og siddende paa Vandet, omgiven med Tang rundt om, og holdende i Haanden en Tare-Leg (saa kalder man et tykt Tang, som noget ligner en tyk Ride-Pidsk) (224), hvormed hun jagede. Een bekiendte sig at have udrettet samme i en Hval-Fiskes Skikkelse.

Een foregav, at hun kunde gaae paa Havet med sin Spand i Haanden, og derudi opsamle Fiskes Lever. Een sagde, at hun kunde omskabe sig til en Kat, til hvilken Kunst den Onde maatte skaffe hende Katte-Blod at smorre sig, samt Katte-Skind at bedække

ciſſe, alia, qvæ ipſam comitata eſt, nigra eqvitante ovi. Alia dixit, ſe cum compluribus ſagis piſces arte ſua magica a terra abegiſſe, qvo inhumano ferente incepto, alia forma piſcis magni, Störje dicti, ſe exhibuit, alia propria forma, thorace nigro, ſupparo e panno qvodam criſpato cœruleo confecto, mitra rubra, aureis ornata denticulis, alboqve collari erat induta, mariqve inſidens, algaqve circumdata denſam qvandam algam, Tare-leg (224) dictam, manu tenuit, qvæ ad ſimilitudinem flagelli eqvarii accedit, qva piſces abegit. Alia narravit, ſe forma ceti idem effeciſſe.

Commenta eſt alia, ſe, mari ambulantem, jecur piſcium in ſitulam, qvam manu tenuit, colligere poſſe. Alia dixit, ſe ipſam in felem transformare poſſe, qvem in finem malus genius ipſi ſangvinem felis, qvo ſe liniret, cutemqve il-

(224) Fucus *hyperboreus*, fronde ſimplici palmata, caule longiſſimo. Fl. Norv. I. Tab. 3. og Fucus *arboreus polyſchides*, edulis B. P. 364. Fucus *membranaceus* polyphyllos major. Raj. Syn. III. p. 46. n. 32.

(224) Fucus *hyperboreus* fronde ſimplici palmata, caule longiſſimo fl. norv. I. tab. 3. Fucus *arboreus* polyſchides edulis Bauh. Pin. 364. it. Fucus *membranaceus* polyphyllos major. Raj. Syn. III. 46. *n.* 32.

bedække sig med. Om en anden sagdes der, at hun udi sin Forstue i en Tonde herbergerede en hende saa tilhaande gaaende Kat, at hvorhen den blev sendt, derfra skaffede den, hvad hun forlangede. En anden blev beskyldt at eye en graa, saa kaldet Smør-Kat, der tilbragte hende fra andre Folkes Spise-Kammer, saavelsom og fra andre Steder, hvad hun vilde have.

Rygtet gaaer end i vore Tider iblant den gemeene Mand, Trold-Qvinderne har og selv tilstaaet, at de have havt adskillige Samlings-Pladser, hvilke gaves Navn af Bal-Volde; samme vare Lyderhorn, et saa kaldet Bierg ved Bergen; Bal-Volden paa Vardoe i Øst-Finmarken; Bal-Volden i Omgang iligemaade i Øst-Finmarken; Domen, et saa kaldet høyt Bierg i Øst-Finmarken; Dovre-Field, et høyt Field, hvis Syndre Deel henhører til Christianiæ og dets Nordre Part til Tronhiems Stift; Hekkel-Field i Island. Til bemeldte Samlings-Pladse have de paa visse Tider, besynderlig i Juulen og St. Hans Nat, efter Foregivende forsamlet sig, somme i Hundes, nogle i Kattes, en Deel i Ulves, hine i Ravnes og andre Gestalter, ofte 60 ja flere i Tallet, og tillige holdt sig lystige, drukket Øl og Miød, dantset og spillet. Ja de have gaaet saa vidt med deres Phantastiske Bekiendelse, at de have sagt, at Satan spillede for dem, nu paa en rød Fiol, nu paa Lange-Leeg, eller i Norge saa kaldet Lang-

lius in tegumentum compararet. De alia narrabatur, illam in vestibulo suo feli, sibi succurrenti, in dolio habitaculum concessisse, qvi, qvocunqve missus, ipsi, qvicqvid vellet, advexit. Alia accusabatur, se felem glaucum, Smör-Kat vulgo dictum, possidere, qvi ex aliorum penario, aliisqve locis, qvicqvid optaret, apportavit.

Nostris etiam temporibus est inter plebem fama, qvod & ipsæ divulgarunt sagæ, illas varia loca, cœtibus suis destinata, qvæ Bal-Volde vocabant, habuisse; talia erant Lyderhorn, mons ad Bergas ita dictus; τὸ Bald-Vold in Vardöe in Finmarchia orientali; τὸ Bald-Vold in loco Omgang dicto etiam in Finmarchia orientali; Domen, mons altus in eadem situs regione; juga Dossrina, mons altus, cujus pars australis ad Christianiensem, parsqve illius borealis ad Nidrosiensem diœcesin pertinet, Mons Hecla in Islandia. In ista loca certis anni temporibus, præsertim festo nativitatis Christi vigiliaqve festi St. Johannis, canum, felum, luporum, corvorum aliisqve formis, sexaginta pluresqve numero se convenisse tradiderunt, ubi hausta cerevisiæ hydromiliqve; choreis lusuqve animum relaxarunt. Qvid? qvod eo ineptiarum processerunt, ut mentitæ sint, malum genium jam chelyn pulsasse rubram, jam instrumento, Lang-

Spil

Lang-Spil, nu paa Pibe og Tromme, nu paa Luur (et henved en Favn langt, og udvendig med tynd Næver beklædt Instrument af Træ, hvilket de Norske Bonde-Piger bruge at blæse i, helst naar de om Sommeren vogte Qvæg, deels for at forlyste sig, deels ogsaa for at skrekke Biorne, samt andre Udyr fra Qvæget). End have de ikke undseet sig ved at sige, at Satan undertiden selv dantsede og spillede Kort med dem.

En berettede, at da hun en Juule-Nat med andre Trold-Qvinder var paa Dovre-Fieldet forsamlet, dantsede den Onde med een af dem (monne jeg skal troe, det var Menuet, Polsk eller Engelsk Dants?) Ulykken var, at samme i Dantsen tabte sin ene Skoe, men Lykke derhos, at Dantse-Mesteren skaffede hende strax en anden isteden for den tabte igien. Een, hvilket baade er grusomt og latterligt, i sin Bekiendelse foregav sig med fleere Trold-Qvinder at have været i Helvede, for at giøre sig dets Beskaffenhed bekandt, hvor da saaes en stor brændende Soe, i hvilken laae Mængde af Menniſker; hun berettede derhos, at Djevelen havde en Jern-Pibe, som han blæste Ild af, og at han, efter at have stukket en Fleske-Borste ned i bemeldte Soe, tog den strax op igien, saasom samme i Øyeblikket var fuld kogt; Berørte Soe beskrev hun at ligge i en Dal. Om de Qvinder, som vare med hende, sagde hun een at have været i en

Spil norvagice dicto, jam tibia, tympano, instrumentoqve, Luur vulgo appellato, lusisse, qvod instrumentum dodrantalis longitudinis est, extrinsecus tenui inductum philyra, e ligno confectum, qvod rusticæ, gregem æstate pascentes, tum se exhilarandi tum ursos aliasqve feras a grege arcendi gratia, inflare solent. Nec jactare erubuerunt, Satanam ipsum secum saltasse, chartulisqve interdum lusisse.

Qvædam narrabat, ipsa aliisqve sagis vigilia festi nativitatis Christi in montibus dossrinis congregatis, malum cum illis saltasse genium, (an sic dicta Menuet, polonica vel anglica saltatio fuerit, mihi ignotum) inter saltandum una illarum suum perdidit calceum, forte fortuna vero magister choreæ illi mox alium in locum perditi restituit. Alia prodidit, (id qvod & horrendum ridiculumqve est,) se in inferno, ut constitutionem illius sibi redderet familiarem, cum aliis veneficis fuisse, ubi vastus æstuans conspiciebatur lacus, in qvo multi jacebant homines; addidit porro, diabolum ferream habuisse tibiam, e qva ignem efflavit, illumqve pernam, in eundem immissam lacum, utpote momento temporis percoctam extraxisse; dictum lacum in valle situm esse significavit. De mulieribus concomitantibus retulit, aliam mergi (qvi Krykke vulgo dicitur,) aliam avis

en liden Maages, eller saa kaldet Krykkes, een udi en Haveldes en Soe-Fugls (saa kaldet) een i en Dues, een udi en Skarv-Unges, andre i Allikers Gestalt, sin egen Gestalt beskrev hun, som en Krages. Een foregav, at hun med en anden Trold-Qvinde havde været forsamlet paa et Sted kaldet Hilderen, at de der havde havt 2 Hose-Baand imellem sig, og af det ene tappet Miod, og af det andet godt Øl.

Efter Trold-Qvindernes egen Bekiendelse have de formedelst den nær Foreening, de vare udi med Satan, kundet en Tiid være paa et Sted, og ved hans Forelse atter samme Dag eller Nat i en anden vel nogle 100 Miile derfra liggende Egn; for Exempel: Een bekiendte, at, som hun var i Bergen, kom en til hende i en Hunds Gestalt, og bragte hende i en Hast til Bal-Volden paa Vardoe i Øst-Finmarken.

Efter deres egen Tilstaaelse haver Satan aabenbaret sig for dem i adskillige selsomme og som oftest grusomme og afskyelige Gestalter: Nu som en sort Hovedlos Mand, nu som en stor Mand med sorte Klæder og Horn i Panden, nu som en lodden Mand med Horn, nu i en sort Mands Gestalt med Horn paa Knæerne, med Kloer paa Hænder og Fodder, samt med sort Haar og Skæg, nu som en, der havde store gloende Øyne, sorte laadne Hænder,

marinæ Havelde dictæ, aliam columbæ, aliam pulli avis Skarv dictæ, alias monedularum, se ipsam vero cornicis forma fuisse. Alia dictitabat, se cum alia venefica loco qvodam, Hilderen dicto, fuisse, ubi e duabus periscelidibus, ex una hydromeli, & ex altera zythum sorte hausserunt.

Ut ipsæ retulerunt, momento temporis uno loco adesse, & ob intimum, illas inter satanamqve intercedens, commercium, eodem die vel nocte, illius ductu, alio loco, aliqvot 100 miliarium spatio remoto, esse potuerunt. Ita venefica qvædam tradidit, qvendam ad se Bergis commorantem, forma canis venisse, seqve ad τὸ Bald-Vold, qvod qvi in Vardöe in Finmarchia orientali est, momento temporis apportasse.

Prout ipsæ narrabant, insolentibus variis, & qvam sæpissime horrendis speciebus illis apparuit satanas: jam viri nigri instar, capite privati, jam ut vir procerus, pullis indutus vestibus, fronteqve cornuta, jam ut vir hirsutus & cornutus, jam specie viri nigri, cujus genua cornuta, manus pedesqve ungvibus muniti, crines barbaqve nigra erant, jam viri instar cujus oculi magni erant & excandescentes, manus nigræ & hirsutæ,

der, og af hvis Mund udgik Ilds Lue, nu i Skikkelse af en Kat, der folede paa dem fra Fødderne langs opad til Munden, og tælle-de deres Tænder, nu i en Hunds, nu i en liden Fugls, nu i en Krages Skikkelse.

Efter deres Bekiendelse haver og Dievelen, naar de overgave sig i hans Tieneste, sat Tegn paa dem, som sine Livegne; Een sagdes han at have grebet fat om Armen, saa den blødde, en anden at have bidt i den venstre Arm, en anden at have tegnet med sine Kloer paa det venstre Laar, en anden at have givet med sine Kloer et Kneeb paa det venstre Knæ.

For at faae dem des villigere og redebonnere til at give sig i Forbund med ham, haver han efter deres Udsagn tillagt sig adskillige, deels uskyldige og behagelige Navne, saasom: Christen, Christopher, Jacob, Zacharias, Peder, Samuel, Marcus, Lysens Engel, Dominicus, Abraham, Isach, Hans, Morten, Oluf, Giermund, Asmodo, Friis, Pax, Saclumb.

Vel er det sandt, at Trold-Qvinderne selv for Retten have udsagt alt bemeldte, ja end meget mere; ligesaa vist er det og, at de paa samme Udsigende ere blevne hendomte til Baal og Brand. Men efter mine Tanker har deres Troldom mest bestaaet i Phantasie, Indbildning og Dromme.

Deres

hirsutæ, & e cujus ore flamma exivit ignea, nunc specie felis, ipsas a pedibus usqve ad os contrectantis, dentesqve illarum numerantis, nunc canis, aviculæ, & cornicis forma.

Ut fert illarum commemoratio, illis, servitium ipsi dicantibus, signum qvoddam, ut suis mancipiis, impressit diabolus; fertur brachium unius ita prehendisse, ut sangvis efflueret, brachium alius sinistrum momordisse, femur alius sinistrum suis insigniviſſe ungvibus, genu alius sinistrum ungvibus suis vellicasse.

Ut eo faciliores promtioresqve ad fœdus cum ipso pangendum se præberent, innocentia varia jucundaqve, ut tradunt, sibi attribuit nomina, talia sunt: Christianus, Christophorus, Jacobus, Zacharias, Petrus, Samuel, Marcus, Angelus lucis, Dominicus, Abrahamus, Isaacus, Johannes, Martinus, Olaus, Giermundus, Asmodus, Friisius, Pax, Saclumbus.

Verum qvidem est, hæc omnia pluraqve alia in judicio confessas esse sagas, cui etiam confessioni convenienter rogo sunt addictæ; veneficium vero illarum, maxima ex parte, me judice, phantasia, imaginatione somniisqve constitit. Probabile etiam est, confessionem illarum vi

metuqve

Deres Bekiendelse haver og formodentlig tildeels været tvungen, og er skeet af Frygt; Thi af Finmarkens fordum Tiids Ting-Protocoller, som af Rettens Betientere holdtes, og hvorudi Acterne findes beskrevne, erfares at somme ere blevne piinlig forhorte, forend de noget vilde tilstaae; Dog negter jeg aldeles ikke, Troldom fordum at være ovet, efterdi Dievelen er kraftig i Vantroens Born, og hvo vil negte det, som Skriften med klare Sprog og Exempler bevidner? Alt hidindtil anforte, betreffer Norske Troldfolks foregivne Bedrifter. Nu vil jeg begive mig til Lapperne, og forestille nogle af de Skikke, som af dennem ved deres Trold-Kunstes Forovelse bleve iagttagne.

Hvad deres saa kaldede Ruune-Bomme angaaer, da haver den Skribent skrevet uden Grund, som giver den Navn af Ambolt, og melder, at man slaaer paa den med en Smede-Hammer. Saa vidt jeg kand erindre, er dens Danlighed, som en stor aflang Æske, undtagen 1) at isteden for at en Æske haver gandske heel Bond, har Ruune-Bommen en Aabning neden under, og inde i den sidder en Hob Baand, fæstede med sine overste, men hengende los og ned med sine nederste Ender, hvortil Messing-Ringe, samt andet mere, som andre Lapper have foræret Ruune-Bommen til Zirat, og maaskee tillige, paa det at, formedelst Ringene en storre Larm kunde opvekkes, ved Ruuningen ere anhæftede.

metuqve ex parte extortam fuisse. Ex antiqvis enim adversariis juridicialibus Finmarchiæ, in qvæ hæc a dicographis relata sunt acta, liqvet, qvasdam per tormenta ante esse qvæsitas, qvam qvicqvam confiteri vellent; Artem tamen magicam olim fuisse exercitam, minime nego, cum diabolus in infidelibus efficax sit, & qvis id, qvod sacræ paginæ luculentis dictis exemplisqve testificantur negare sustineret? Omnia hucusqve relata Norvagorum veneficia tangunt; jam ritus qvosdam, a Lapponibus in arte ipsorum magica exercenda servatos, attingam.

Qvod ad tympana illorum, runica dicta, pertinet, scriptor qvidam sine fundamento illis nomen incudis imponit, commemorans illa malleo pulsari. Hujusmodi tympana runica (qvantum reminiscere possum) speciem majoris pyxidis, formæ ovalis, referunt, in eo tamen a forma vulgarium pyxidum nonnihil abhorrentia, Imo, qvod & subtus pateant, secus qvam illæ, qvæ inferiore sui parte clausæ sunt & solidæ; & præterea varia intrinsecus habeant pendula lora, altera sui extremitate superiori tympani parti annexa, annulisqve orichalceis, atqve aliis id genus crepundiis, ab amicis, majoris ornatus gratia, dono datis, onusta, & forte ut sonitu annulorum eo major

2) I Steden for at en Eske er bedækket med Laag, er en Ruune-Bomme, ligesom en Tromme, oven til betrokken med et stramt udstrakt Skind; paa bemeldte Skind (alle Ruune-Bommer have dog ikke de samme Characterer) sees tegnet med Elle-Bark adskillige Characterer, af hvilke een betyder Gud, een Radien, der haver været Lappernes Jupiter, eller høyeste Gud, een Engel, een Diævel, een Noaaide-Gadze, een Solen, een Morgen-Stiernen, een Aften-Stiernen, een Kirke, een Norske-Folkes-Boepæl, een et helligt Bierg, eller saa kaldet Passe-Vare, hvor Lapperne pleyede ofre, een Lappernes Boelig, een deres Stolpe-Bod med Stotter under, hvorudi de have Kiød og andet deslige forvaret, een det Gierde, hvorinden for de om Sommeren drive sine Rensdyr, naar de vil malke dem, een Fugl, een Fisk, een Biorn, een Ulv, een Ræv ꝛc. een det, en andet det. Nogle af de paa Ruune-Bommen tegnede Characterer agtedes Lykkelige, andre ikke. Gud, Engel, Noaaide-Gadze, Biorn, Ræv ꝛc. skulde betyde Godt. Diævel, Ulv ꝛc. skulde betyde Ondt.

Naar Lapperne vilde begive sig paa en lang Reyse, fare paa Skytterie eller Fiske-Fangst, eller havde noget andet Forehavende, som de ansaae af Betydenhed, toge de bemeldte Ruune-

excitaretur strepitus. IIdo, Qvod, cum usitatæ pyxides adapertiles sint, mobilibusqve tectæ operculis, tympana runica pelle distentissima, vulgarium tympanorum more, obducta deprehendantur. In superficie distentæ pellis varii characteres, (non omnia enim & singula tympana iisdem notis insignita sunt) cortice alni pinguntur, qvorum alii Deum: alii Radien seu summum paganorum Lapponum Jovem: alii Angelos: cacodæmones alii: alii Noaaide-Gadze, seu socios magi: alii solem: alii Phosphorum & Hesperum: alii templa: alii populi Norvegici domicilia: alii Passe-Varek seu montes sacros, ubi sacrificia offerebantur: alii ipsorum Lapponum domicilia: alii tabernas, fulcris insistentes, qvæ procul a tuguriis in sylvis & montibus erigi solent, carnibus aliisqve esculentis condendis & servandis adaptatas: alii septa, intra qvæ rangiferi æstivo tempore ad mulctram coguntur: alii aves: alii pisces: ursos alii: alii vulpes &c. significaturi sunt, aliqvo tamen cum discrimine. Horum characterum alii fausti ominis habentur, infausti & sinistri alii: ad hos cacodæmon, lupus &c. ad illos Deus, Angelus, Noaaide-Gadze, ursus, vulpes &c. referri solent.

Lappones, longiori itineri, venationi, aliisqve majoris momenti negotiis expediendis sese accingentes, priusqvam rem ipsam adgressi erant, tympana

Ruune-Bomme frem, lagde en stor Ring paa Skindet, som den var betrokken med, og sloge derpaa med en af Rensdyr-Horn giort Hammer, kaldet Ballem. Efterson da Ringen ved saadan Banken gik af sig selv, enten til lykkelige eller ulykkelige Characterer, giorde de sig Gisning, om deres Forehavende skulde vel lykkes eller ey. Fulgte Ringen ved Trold-Mesterens Slag paa Ruune-Bommen Solens Gang, agtede han samme at være et Tegn til sit Forehavendes lykkelige Udfald; men gik den imod Solens Gang, tvivlede han om, at hans Forsæt skulde lykkes. Om en Syg skulde doe eller blive ved Live, meente man sig ved Ruune-Bommen at kunde erfare. Det Træ, som den skulde giores af, maatte være voxet paa et Sted, hvor Solens Skin aldrig blev seet, og affides for sig selv, langt fra andre Træer. Den agtedes ikke ret duelig, uden den var arvelig tilfalden. Trold-Mesteren holdt den, som en Helligdom, indsvobt og tildekket, at ikke et hvert Oye skulde faae den at see. Det var ikke en Qvinde tilladt at rore ved den. Schefferus haver givet over tit-benævnte Ruune-Bomme vidtloftig Beskrivelse.

I Nordlandene og Tronhiems Ampt paa Sneaasens, Overhaldens, Meragers og Tydalens

sua seqventem in modum consulere solebant: membranæ, qva superior pars tympani obducta erat, major qvidam annulus, peculiari huic usui destinatus, imponebatur, qvo facto, ipsum tympanum malleolo qvodam ex cornu rangiferino, Ballem Lapponice nuncupato, pulsabatur, qva pulsatione annulus ad diversos in superficie membranæ ductos characteres faustos vel infaustos, liberrime, sed fortuito movebatur, unde tandem de eventu suscepti negotii omen capiebatur. Si annulus pulsu venefici cursum solis in tympano seqveretur, faustum incepti sui auguravit successum, si vero contra cursum solis tenderet, de prospero incepti sui exitu dubitavit. An ægrotus fato cederet, vel in vita conservaretur, etiam per tympana runica se compertum habere existimabant. Arbor, e qva conficerentur, loco, a radiis solis nunqvam colluſtrato, nata, & ab omnibus aliis arboribus remotissima esse debuit. Non apta satis ducebantur tympana, ni hæreditate essent relicta. Veneficus tympanum suum, arcani instar, fasciis involutum tectumqve servavit, ne cujuscunqve exhiberetur oculis. Fœminis illud tangere non concedebatur. Hæc tympana runica prolixe descripsit Schefferus.

Per Nordlandiam, & apud Lapponos, qvi montes Sneaasenses, Overhaldenses,

Tydalens Fielde samt andre Steder der i Egnen, haver man ved Efterſogning hos Lapperne fundet en heel Hob. (p) Een, ſom en Lap fra Merager-Fieldet i Stordalens Præſtegield havde eyet, ſees med ſine Characterer aftegnet i hosfoyede Kobber-Stykke. Men i Finmarken, hvor jeg var Miſſionaire, have Ruune-Bommer, ſaa vidt m'g er bekiendt, ikke gemeenlig været i Brug; men i deres Sted brugtes Botte-Laag og malede Skaaler.

denſes, Meragrienſem & Tydalenſem, aliaqve in Præfectura Nidroſienſi, loca incolunt, tympana multa indagata ſunt. (p) Speciem tympani cujusdam runici, qvod Lappo qvidam montis Meragrienſis in Paroecia Stördalienſi poſſidebat, delineatam & æri inciſam dedi. In Finmarchia vero, per eum inprimis tractum, ubi Miſſionarii munus mihi obeundum obtigit, tympana, ut vocari ſolent, runica, rarius, qvantum ſcio, in uſu fuerunt, capularum operculis, obbisqve vario colore incruſtatis, eorum loco adhibitis.

Dog haver man endog der i Landet ſporet dem; thi hos en Finmarkiſk Lap fandtes fordum een af følgende Danlighed: Den var af Fyrre-Træ, ſom en ſtor Skaal, udhuulet, i Bonden udſkaaren med 2 aflange Hul, ved begge Ender behengt med et Ræve-Øre, en Ræve-Snude, ſamt en Kloe, og oventil, ligeſom en Tromme, betrokken med Skind, ſom ved Malning af kogt Elle-Bark-Vand, der haver en rodbrunn Farve, var afdeelt med 4 Stræger, og altſaa i 5 adſkilte Rum, i et hvert af hvilke imellem Strægerne var at ſee adſkillige Figurer, havende hver ſin ſærdeles Betydning.

Illorum tamen veſtigia etiam ea in regione ſunt indagata; apud Lapponem Finmarchicum unum qvondam ſeqventis inveniebatur formæ; ex abiete, magni inſtar crateris excavati, confectum erat, cujus fundus duobus ovatis perterebratus erat foraminibus, utriqve extremitati auris rictus, ungvisqve vulpina erant affixa, parte illius ſuperiori, tympani inſtar, pelle inducta, qvæ pigmento, ex ulmeo decocto cortice, cujus color ſpadiceus, per 4 lineas in 5 diverſas diſtincta erat areolas, in ſingulis harum inter lineas diverſæ, ſingulæ ſui ominis, conſpiciebantur figuræ.

(p) Vid. Tab. XC. og XCI.

(p) Vid. Tab. XC. & XCI.

I det 1ste Rum.

1) Et Menneskes Efterlignelse, kaldet Ilmaris, hvilken troedes at frembringe Storm og slemt Veyrligt.

2) Et Menneskes Billede, kaldet Diermes, som paa Dansk betyder: Torden. Naar denne blev ombedet, kunde den efter Lappens derom giorte Forklaring ved Guds Tilladelse skaffe mildere Luft og stille Veyr.

3) Et Dyrs Skikkelse, kaldet Godde, hvilket paa Dansk betyder: et vildt Rensdyr. Naar der spilledes paa Ruune-Bommen, og Ringen da ey vilde begive sig til benævnte Dyrs Billede, bekom efter Lappens Sigende den, som for at faae at vide sit Rensdyr-Skytteries Udfald og Lykke havde forlanget Ruune-Spillet, slet intet, hvor megen Flid og Umage han end vilde giore sig.

I det 2det Rum.

1) Een Circul med en Streg over, kaldet Beive, som betyder paa Dansk: Solen; denne troede han at kunde skaffe godt Veyrligt.

2) Et Menneskes Billede, kaldet Ibmel Barne, i. e. Guds Son; denne troede han at kunde frelse fra Synd.

3) Et Billede, kaldet Ibmel Atzhie, i. e. Gud Fader; denne troede hán at kunde straffe Ondskab, og forskaffe Syndernes Forla-

In prima areola.

1.) Imago hominis, Ilmaris dicti, conspiciebatur, qvi intemperiem excitare credebatur.

2.) Imago hominis, Diermes dicti, qvod nomen tonitru significat; hic, precibus lacessitus, permissu divino, ut illud explicavit Lappo, sudum serenumqve cœlum producere potuit.

3.) Species animalis, cui Godde nomen, qvod ferum significat rangiferum. Tympano runico pulsato, annuloqve ad imaginem hujus animalis non tendente, indicio fuit, illum qvi de fausto successu in rangiferis venandis tympanum consuluit, operam, qvantamcunqve datam, frustra consumere.

In secunda areola.

1.) Circulus, per qvem linea transversa ducta erat, cui nomen Beive, qvod solem significat; hic aërem serenum producere credebatur.

2.) Imago hominis, Ibmel Barne, i e. filius Dei, dicti; hic a peccato liberare posse credebatur.

3.) Imago Ibmel Atzhie, i. e. Deus Pater, dicta; hic malum punire, remissionem peccatorum, mortem christia-

nam

Forladelse, en christelig Død og Siælens Salighed.

4) En Kirkes Efterlignelse, som han kaldede Dom-Kirken, og sagde sig at tilbede om Siælens Salighed og Gode.

5) Et Menneskes Billede, som han kaldede Engel, og sagde at skulle betegne den Hellig Aand; Denne troede han at løse fra Synd og fornye et Menneske, at det bliver et nyt Creatur. Saaledes havde han ved bemeldte 3 Figurer de 3 Personer i Guddommen afbildede. Hos ethvert Billede, som forestillede et Menneskes Skikkelse, saaes en Stav afmalet, hvilken han kaldede, Junkar-Sobbe, i. e. Junker-Stav; Aarsag dertil gav han, at, ligesom Jordens Herrer have Stav i Haanden, saa sommede det og disse at have.

I det 3die Rum.

1) Et Menneskes Efterlignelse, som han sagde at skulle betegne Mariæ Syster, med hvilken hun efter hans Tanke altid var i Raad, naar Barsel-Qvinder skulde hielpes.

2) En Qvindes Efterlignelse, hvilken han kaldede, Maria Ibmel Ædne, i. e. Maria Guds Moder; hende troede han i Særdeleshed at hielpe Barsel-Qvinder, desuden og at forhielpe til Afløsning fra Synd.

3) Trende Billeder, som han kaldede, Joulo-Beive Herak, i. e. Juule-Dags-Herrerne.

nam & salutem animæ conciliare credebatur.

4.) Imago ædis sacræ, qvam ædem Cathedralem vocabat, addens, se ibi bonum salutemqve animæ implorare.

5.) Imago hominis, spiritum sanctum significaturi, cui nomen angeli imposuit; hic a peccato liberare, hominemqve renovare, ut nova creatura evaderet, credebatur; sic his tribus figuris tres personas divinitatis depinxerat. Ad qvamvis imaginem, humanam repræsentantem speciem, baculus, Junkar-Sobbe, i. e. baculus juvenis nobilis, depictus conspiciebatur; causabatur, ut domini terræ baculum manu tenent, ita idem his convenire.

In tertia areola.

1) Conspiciebatur imago hominis, sororem Mariæ significaturi, qvam, illius sententia, de suppetiis puerperis ferendis semper consuluit.

2.) Imago mulieris, Maria Ibmel Ædne, i. e. Maria mater Dei dictæ; hæc puerperis remissioniqve peccatorum præcipue subservire credebatur.

3.) Tres imagines, Joulo-Beive Herak, i. e. domini festorum nativitatis

rerne. Den forſte nævnede han: Vuoſtes Joulo-Beive Herra, i. e. forſte Juule-Dags Herre. Den anden: Nubbe Joulo-Beive Herra, i. e. 2den Juule-Dags Herre. Den 3die: Goaal-mad Joulo-Beive Herra, i. e. 3die Juule-Dags Herre, troede derhos, at, saafremt nogen vanhelligede disse Dage, straffede Gud ham; men, om nogen holdt dem ret hellig, og vilde saa bede Gud om noget, da stilledes samme Dage, som af hannem helligholdte, frem for Gud, og Gud vilde derved bevæges til at bønhøre og hielpe ham.

Christi, dictæ; primum Vuoſtes Joulo-Beive Herra, i. e. dominus primi festi, nominavit. Secundum Nubbe Joulo-Beive Herra, i. e. dominus secundi festi, tertiumqve Goaal-mad Joulo-Beive Herra, i. e. tertii festi dominus, vocavit; credens, hos dies profanantem a Deo puniri, si vero, his diebus rite celebratis, qvis Deum qvicqvam rogaret, eosdem dies, rite celebratos, Deo sisti, Deumqve, hoc commotum, illum exaudire, illiqve succurrere velle.

I det 4de Rum.

1) En Circul, som han kaldede Mano, i. e. Maanen; denne sagde han at tilbedes for godt Veyrligt og klar Natte-Luft.

In qvarta areola.

1.) Conspiciebatur circulus Mano, i. e. luna dictus; ab illo bonam tempestatem, serenumqve aërem nocturnum implorari dixit.

2) Tvende Mands Billeder, hvilke han kaldede: Manne Olmuk, i. e. efter Ordene: farende Folk, efter Meeningen: Folk, som gaaer til Kirke.

2.) Imagines duorum virorum, Manne Olmuk dictæ, i. e. qva literam, viri iter facientes, qva sensum vero, viri ad ædem euntes.

3) En Kirkes Efterlignelse, der skulde betegne den Kirke, man, saasom værende dens Sogne-Mand, søger til. Til den sagde han baade sig selv og andre at love og ofre Vox-Lys, Penge samt andet, for at faae Hielp i et og andet Tilfælde, og at overlevere samme til Præsten til den virkelige Kirke, som ved denne afmalede blev betydet.

3.) Imago ædis, ædem istam, qvam parœcus freqventat, significaturæ. Huic, se aliosqve cereos, nummos aliudqve vovere & offerre, ut sibi uno alioqve casu suppetiæ ferrentur, seqve ea pastori veræ ædis, per hanc ædem depictam significatæ, tradere, confitebatur.

4) En

4) Imago

4) En Mands Billede, som stod ved Siden af Kirken, og efter hans Udtolkning skulde betegne en, der vil gaae i Kirken.

I det 5te Rum.

1) En Qvindes Billede, som efter hans derom giorte Forklaring skulde betegne den bundne Diævels Hustrue; at give hende Navn vidste han ikke.

2) Et Menneskes Billede, som havde Sted lidt neden for nest forbemeldte, og efter hans Udsigende skulde betegne en Diævel, som dræber Folk og kaldes Sygdom.

3) Et andet Menneskes Billede, hvilket han foregav at betyde en Diævel, som gaaer los i Helvede og svæver om i Luften; om samme havde den daarlige Indbildning indtaget ham, at, da Gud bandt den anden, romte denne bort: hvad Navn den kaldtes med, sagde han sig ey at være vidende.

4) Den Figur ⌊⌋, hvilken efter hans Udtolkning skulde betegne Helvet dola, i. e. Helvedes Ild, i hvilken han troede Siæle at brænde.

5) Den Figur O, som han sagde at bemerke Helvet Tarve-Geune, i. e. Helvedes Tiære-Kiedel, i hvilken han indbildte sig Siæle at kaage.

6) Den

4.) Imago viri, juxta ædem stantis, qvi, ut illud explicavit, qvendam, ad ædem euntem, significaret.

In qvinta areola.

1.) Imago mulieris, qvæ, eo explicante, uxorem dæmonis ligati denotaret; nomen vero illius nescivit.

2.) Imago hominis, parum infra antegressam collocata, qvæ, illo interprete, diabolum, homines necantem, significaret, morbusqve vocatur.

3.) Imago alius hominis, qvam dæmonem, in inferno aëreqve libere versantem, significare dixit; de eodem stultam istam fovit opinionem, hunc, altero a Deo ligato, evasisse; nomen vero illius se ignorare dixit.

4.) Figura ista ⌊⌋, qvam Helvet dola, i. e. ignis inferni, interpretatus est, in qvo animas comburi credebat.

5.) Hæc figura O, qvam Helvet Tarve-Geune, i. e. ahenum inferni piceum, significare dixit, in qvo animas coqvi putavit.

6) Hæc

6) Den Figur ▭, som skulde betyde Helvet Haude, i. e. Helvedes Grav, i hvilken efter hans Tanke alle de Mennesker bleve kastede, som troede paa Satan.

7) Et Menneskes Billede, fra hvis Hals gik en Streg hen til en Stolte, hvilket efter hans Udsigende skulde betegne forbemeldte bundne Diævel, som han troede at være bleven i Verdens Skabelse af Gud bunden med Lænker.

Til denne her beskrevne Ruune-Bomme var han forsynet med 2de af Rensdyr-Horn giorte Hamre, kaldede Zhioaarve-vetzhjerak, i. e. Horn-Hamre, den eene af samme sagde han sig at bruge til at slaae paa den med. Desuden havde han en liden udhuulet Dækkel af Messing med en Messing-Ring oven i, hvilken han satte paa Skindet af bemeldte Ruune-Bomme, naar han vilde begive sig til berørte Foretagende, hos hvilket han brugte den Adfærd, at han løftede Ruune-Bommen i Veyret, bevægede den til en og anden Side, og imidlertid holdende den med den ene, bankede med Hammeren paa Skindet, hvormed den var betrokken, med den anden Haand. Ydermere forklarede han, at, om bemeldte Dækkel, i det han med Hammeren slog paa Skindet, tog Vey imod Solens Gang, var Lykken den, for hvilken Ruune-Bem-Spillet blev foretaget, ugunstig, og at, hvis den begav sig saa langt ned, at den standsede hos en af de

6.) Hæc figura ▭, Helvet Haude, i. e. sepulcrum inferni, significatura, in qvod omnes, in satanam credentes, conjici credidit.

7.) Figura hominis, a cujus collo ad columnam linea ducta erat, dæmonem ligatum, de qvo supra mentio significatura, qvem in creatione mundi a Deo catenis ligatum esse credidit.

In usum hu'us tympani runici duobus, e rangiferorum cornubus confectis, malleis, Zhioaarve-vetzhjerak s. malleis corneis, dictis, instructus erat, horum uno se tympanum pulsare dixit. Parvum præterea operculum orichalcicum, cujus superiori parti orichalcicus annexus erat annulus, habuit, qvo, dictum aggressurus inceptum, pellem tympani texit, modus, qvo processit, hic erat: tympanum runicum, in altum sublatum, huc illucqve vibravit, illudqve una tenens manu, malleo, qvem altera manu tenuit, pellem, qva erat inductum pulsavit. Porro addidit, si operculum hoc, pelle malleo pulsata, contra cursum solis tenderet, fortunam ab illo, in cujus gratiam tympano ludebatur, alienam esse, &, si descensu non prius sisteretur, qvam unam figurarum, qvæ infra ultimam lineam in tertia areola signatæ erant, tangeret, Deum illi, in cujus gratiam pulsaba-

de under den sidste Streg i det 3die Rum tegnede Figurer, var Gud heftig vred paa den Person, som berørte Spil ovedes for, og lod ham ved saadant Kiendetegn forstaae, at han var en meget grov Synder, og maatte derfor med indstændig Bon paakalde Gud, om Dækkelen skulde bringes til at vige derfra tilbage; Men tog den Vey med Solens Gang, da havde det Menneske, for hvis Skyld Rune-Bom-Spillet var anfanget, god Lykke.

I øvrigt udsagde han, at, naar han vilde betiene sig af Ruune-Bommen, krydsede han først baade den og sig selv, tillige brugende Herrens Bon, samt disse Ord: Ibmel Atzhje, Barne ja Engel vækkjet don! hvilket paa Dansk skulde betyde: Gud Fader, Son og Hellig Aand (jeg haver ellers ikke hørt, at Lapperne kalde den Hellig Aand Engel; men i alle mig bekiendte Lappiske Egne nævne de ham: Passe Vuoign) Hielp du! Til anførte Bon lagde han end flere Ord, slog saa med Hammeren paa tilbemeldte Ruune-Bommes Skind, drivende derved forberørte Dækkel hid og did. Under Forretningen udbrød han med saadan Tale: Ja du Gud, som haver skabt Himmel og Jord, Soel, Maane og Stierner og alle Mennesker, ja Fugle og Fiske i Havet! Jeg er et syndigt Menneske, gammel og uværdig. Bedre er det, at jeg døer, end at du ey vil hielpe den, vi efterspørger, det er den, jeg ved mit foretagene Ruune-Spil

pulsabatur tympanum, fervide iratum, hoc signo indicare, illum gravem esse peccatorem, Deumqve adeo enixissime invocandum, si operculum recederet; si vero cursum solis seqveretur, indicio fuit, illum, cujus causa tympanum pulsabatur, bona uti fortuna.

Ceterum dixit, se, tympano usurum, se ipsum illudqve cruce in antecessum signare, oratione dominica hisqve additis verbis: Ibmel Atzhje, Barne ja Engel vækkjet don! qvæ significant: Deus Pater, Fili & Spiritus Sancte juva me! (Non qvidem percepi Lappones Spiritum Sanctum angelum vocasse, in omnibus vero, mihi cognitis, territoriis illum Passe Vuoign nominant) his precibus plura alia addidit verba, malleoqve pellem tympani pulsando operculum commemoratum huc illucqve agitavit. Isto fervente opere, in hæc verba erupit: omnino tu Deus, qvi cœlum terramqve, solem, lunam, sidera, omnesqve homines, nec non volucres piscesqve maris creasti! homo sum, peccato obnoxius, vetus & indignus; potius est, me mori, qvam te illi, cujus causa te rogamus, tuum abnuere auxilium, i. e. illi, cujus gratia te consilium & adjumen-

Spil adsporger dig om Raad og Hielp for. Det skal agtes, at Lapperne, talende Dansk, sige i Steden for Jeg: Vi.

En anden Finmarkisk Lap giorde saadan Forklaring angaaende sin Ruune-Bomme, at han havde den rundt om behængt med en Kloe af alle Slags Dyr, som der i Landet falder, og, at paa Skindet, som oven til bedekkede den, var med Elle-Bark malet 9 Stræge, hver af sin besynderlige Betydning. Ydermere udsagde han, at, naar hans Agt var at bruge den, satte han en med smaae Stykker Kobber behængt Kobber-Fugl paa Skindet af den, og slog saa derpaa med en Horn-Hammer, der med en Bæver-Huud var overtrokken; hvorefter da Fuglen begav sig til de Lykkelige eller Ulykkelige Characterer. Hans Udsigende desuden var, at, saasremt bemeldte Kobber-Fugl under Aeten faldt ned af Ruune-Bommen paa Jorden, naar der ved at slaae med Hammeren paa Skindet deraf for nogen Person ovedes Ruune-Spil, var det et Kiende-Tegn, at samme ey længe derefter skulde leve. Derhos berettede han, at, naar 2de Trold-Mænd, eller saa kaldede Noaaider, vilde forsøge, hvilken af dem var den andens Mester i Troldkunst, maledes paa tit-bemeldte Ruune-Bomme 2de Hornene sammenstodende Rensdyr-Oxer, hvorved tvende iligemaade Hornene sammenstodende Bierg-Rensdyr-Oxer betydedes, og, at da den, hvis Bierg-Rensdyr-Oxe over-

tum per tympanum meum rogo. Observandum est, Lappones, danice loqventes, pro Ego: Nos dicere.

Alius Lappo Finmarchicus rationem tympani sui ita explicatam dedit: ungves omnium animalium, qvæ tellus ista fert, de illo circumqvaqve erant suspensi, inqve pelle, partem illius superiorem tegente, cortice ulmeo novem, singulæ sui ominis, lineæ erant depictæ. Addidit, se, illud adhibiturum, avem cupream, frustulis qvibusdam æris circumcinctam, in pelle illius reponere, illamqve ita malleo corneo, pelle obducto castorea, pulsare; qvo facto avis ad faustas vel infaustas se vertit figuras. Indicavit præterea, si hæc avis cuprea, pelle tympani runici in gratiam cujusdam malleo pulsata, e tympano ad terram decidit, indicio esse, eundem haud multo post vivere. Addidit porro, qvando duo venefici, Noaaidi dicti, explorare voluerunt, qvinam alterum arte magica antecelleret, illos duos rangiferos, mutuis se ferientes cornubus, tympano runico depingere, qva figura duo istiusmodi rangiferi montani, cornubus itidem ferientes, significabantur, illumqve, cujus rangifer montanus victoriam reportavit, adversarium suum arte excellere æstimari.

Erant

overvandt den andens, blev tillige sin Modstanderes Overvindere i Kunsten.

Somme Troldmænd, eller saa kaldede Noaaider, gave sig ud for at kunde giore Ondt, at kunde skade Menneſker eller Qvæg, samt afsted komme adskillige andre ulykkelige Hændelser, og bleve derfor meget frygtede; naar en saadan Noaaide vilde ove sin Kunst, aad han forud Ulve- og Ræve-Kiød, meenende sig deraf at bekomme en besynderlig Kraft.

Andre derimod gave sig ud for, allene at giore Godt, at kunde helbrede Sygdomme paa Menneſker eller Qvæg, at kunde raade Bod paa Vanlykke til Skytterie, Fiskerie ꝛc. samt forskaffe anden deslige Hielp, og bleve derfor af Lapperne i deres Vankundigheds Tiid meget afholdne, saa de talede om dem med Berømmelse, sigende: De lei Ibmelatzh Noaaide, Danice: Det var en Guds Noaaide, en Guds Viismand; Meeningen i Talemaaden er: det var en velsignet Viismand.

(q) Naar den saa kaldede Noaaide, blev af en Syg anmodet om Hielp, ovede han efter Lappernes Beretning sin Læge-Kunst paa saadan Maade: han talede til sin Noaaide-Lodde, en saa kaldet hannem til Haande gaaende Trold-Fugl, i saadanne Ter-

Erant inter magos, vel Noaaidos, qvi hominibus pariter & pecoribus variis modis nocere se & posse & velle, palam præ se ferebant. Hi, haud secus qvam par erat, cane pejus & angve timebantur. Talis Noaaidus, artem suam exerciturus, lupinam carnem & vulpinam in anteceſſum comedit, insignes se inde vires haurire credens.

Alii contra, varios se morbos curare posse, venationes & piscationes prosperare, aliaqve qvam plurima beneficia indigentibus ultro præstare, profitebantur, unde nil mirum, qvod a Lapponibus magni facti fuerint, magnisqve celebrati laudibus, qvale inter alia fuit illud, qvo subinde mactabantur, encomium: De lei Ibmelatzh Noaaide ɔ: magus ille est prorsus divinus & cœlitus datus!

(q) Magus, qvotiescunqve ab ægroto in auxilium vocatus fuerit, seqventi modo, ut ipsi qvidem Lappones referunt, se expediebat: Noaaide-Lodde seu avem suam magicam ita alloqvebatur: Hætte dal Kotzhio duu matkai ɔ: ipsa

(q) Vid. Tab. XCII.

(q) Vid. Tab. XCII.

Terminis: Hætte dal kotzhio duu Matkai, Danice: Nød byder dig nu at begive dig paa Reysen; hvorved han befalede ham at fare afsted og hente Noaaide-Gadze, der efter Lappernes Sigende ere Trolmandens Medhielpere. Efterat benævnte Noaaide-Lodde havde efter Noaaidens Ordre hentet bemeldte Noaaide-Gadze, og Noaaiden saaledes havde faaet dem til sig, vare der 2de Forsamlinger, een synlig, en anden usynlig. Den synlige var Noaaiden selv, og 2de Lappe-Qvinder smukt pyntede i Helligs-Dags Klæder, og med en linned Hue paa Hovedet, men uden Bælte om Livet, hvilke Qvinder i denne Forretning kaldtes Shjarak, derhos en Mand, som, kaldet i denne Actu Mærro-Oaaive, maatte tage sin Hue af og opløse sit Bælte; desuden en ikke aldeles voxen Pige, hvilke samtlige tilbemeldte Noaaide havde ladet forsamle til Stedet, hvor Gierningen med den Syges Helbredelse skulde foretages. Den usynlige Forsamling, som efter Foregivende saaes af Noaaiden allene, men ikke af de andre hosværende, var Aarja, som Præses, og ovenmeldte Noaaide-Gadze, saa og 2de Qvinder, som benævnte Aarja havde med sig udi den usynlige Forsamling, hvilke Qvinder bleve kaldte Rudok.

Naar dette synlige og usynlige Collegium var samlet, lavede Noaaiden sig til den herefter

te necessitas ad iter suscipiendum cogit; qvibus verbis memoratam avem, Noaaide-Gadze ɔ: societatem magi, seu spiritus qvosdam, magi ministerio addictos & obnoxios, adductam, solenniter ablegabat. Noaaide-Gadze ɔ: societate magi, ministerio ablegatæ avis adducta, duo collegia, visibile alterum, alterum invisibile, instituebantur. Concilium, qvod invisibile dicebatur, ipso mago & duabus fœminis, calantica lintea & omni reliqvo cultu, præter cingulum, ornatis constabat. Fœminæ hujusmodi Shjarak nuncupatæ sunt. Hisce membris præterea accedebant, vir qvidam, capitio & balteo exutus, & puella nondum adulta. Vir iste, in hocce qvidem actu spectatus, Mærro-Oaaive nuncupatus fuit. Omnia hæc membra Noaaidus eum in locum, ubi fanationem ægri aggrederentur, congregaverat. Conventui invisibili (ita dictus fuit hic conventus, qvod soli mago, & præter eum nemini, si narrationi Lapponum habenda est fides, visibilis fuerat) Aarja præsidebat, una assidentibus tam Noaaide-Gadze ɔ: sociis magi, qvam duabus illis fœminis, qvas in collegium hocce invisibile Aarja sibi adscivit. Fœminas, in concilium illud invisibile allectas, Rudok vocabant.

Utroqve collegio, visibili pariter ac invisibili, rite convocato & instructo, ipsi

herefter beſkrevne ham foreſtaaende Reyſe, tog ſin Hue af, loſte ſit Belte og ſine Skoe-Baand, lagde Haanden for Anſigtet, ſatte Hænderne i Siden, boyede ſig med Kroppen nu frem, og nu tilbage, og lod ſig høre med ſaa lydende Ord: Valmashſtet Hærge! Satzhjalet Vaanas! Danice: Laver Age-Rensdyr-Oxen til! ſkyder Baaden med Haſt ud! Derpaa kaſtede han Gloder af Fyr-Stedet med bare Haanden, foregivende, at Ilden ikke kunde ſkade ham, drak Brænde-viin, ſlog ſig med en Øxe paa Knæet, hyttede med ſamme bag over ſig med begge Hænderne, bar den 3 Gange omkring enhver af ovenmeldte Shjarak, og derpaa faldt hen, ſom en Død. Imidlertid maatte ingen røre ved ham, ey heller tilſtedde man en Flue at komme ham nær, men med ſtørſte Agtſomhed jagede den bort. Udi denne Ἔκστασει laae han i Teltet eller Hytten med ſit Legeme oyenſynlig, men var efter Foregivende tillige i en Syn, ligeſom paa en underjordiſk Reyſe, og ſaae paa ſamme Reyſe Paſſe-Varek, de ſaa kaldede hellige Bierge, ſamt Beboere i Biergene, og hørte Luodiit, eller Sange, der ſyngedes udi det uſynlige Collegio. Imedens han ſaa laae, holdt ovenmeldte 2de i Hellig-Dags Klæder iførte, og en linned Hue paa Hovedet havende Qvinder, de ſaa kaldede Shjarak, der ſadde hos ham i Teltet eller Hytten, hvor han laae, en ſagte Samtale, ſaa kaldet Monatæbme, med hinanden, angaaende til hvilket Paſſe-Vare, eller helligt Bierg han paa

ipſi itineri, fuſius mox a nobis deſcribendo, ſeſe accingebat magus, qvi, ut regulis artis ſuæ convenienter ageret, nudato capite, balteoqve & corrigiis ſolutis, ora manibus obvelabat, totumqve corpus varios in gyros, miris & ineptis geſtibus circumagebat, addito hoc carmine: Valmashſtet Hærge! Satzhjalet Vaanas! ɔ: rangiferum vectarium præſto habetote & ſcapham paratote! dixit, & arrepta ſecuri, ardentes ex foco prunas nudis manibus protraxit, confidenter aſſeverans, nihil ſibi in hoc ſtatu ab ardente flamma metuendum eſſe. Porro, vini aduſti haud modica potione hauſta, propria genua memorata ſecuri haud perfunctorie pulſabat, apprehenſamqve utraqve manu ſurſum levabat, terqve circum ſingulas fœminas Shjarak ventilatam vibrabat. Interea temporis nemini, ne muſcæ qvidem, qvam ſummo ſtudio abigebant, illum tangere concedebatur. Ridiculis hujusmodi & propemodum furioſis geſtibus ac cærimoniis defunctus, humi ſe tandem moribundo ſimilis proſternebat; in qvo mentis, ut videbatur, deliqvio, qvoad corpus qvidem, in tentorio jacebat, omnibus conſpiciendus; qvoad animam vero, ſi Lappones audias, in itinere qvodam ſubterraneo revera conſtitutus, ubi, ceſſante ad tempus externorum ſenſuum uſu, Paſſe-Varek ſeu montes ſacros, cum ſuis habitatoribus Diis, videre, cantusqve, Luo-

paa ſin Reyſe maatte være geraadet, og giorde ſig derom adſkillige Gisninger. Naar de i bemeldte Samtale ved adſkillige Bierges Nævnelſe omſider ved Navngivelſe treffede det Paſſe-Vare, eller hellige Bierg, hvor han efter Opvaagnelſen ſagde ſig i en Syn at have været henrykket, rørte han en Haand eller Fod. Derpaa begyndte de indbyrdes at tale, og giøre ſig Slutning om, hvad han ſammeſteds maatte have ſeet eller hørt. Hvorefter da Noaaiden med en ſagte runende Tone fangede an at udſige de Ord, han hørte i det uſynlige, hvilke bleve kaldede Vuolet Zaabme; efter ſammes Udſagn begave bemeldte Shjarak ſig til at ſynge med lydelig Stemme. Efterat dette og ander mere Dievelſk Væſen var forøvet, blev endelig Slutningen denne, at Noaaiden raadde, at der ſkulde giøres et Offer til en Afgud for den Syges Helbredelſe, navngav Dyret, ſom ſkulde ofres, ſamt Stedet, hvor Offeret ſkulde ſkee, og forſikrede den Syge om Forbedring inden en vis Tiid. Undertiden hendte det, at den Syge blev tilpas igien, ſomme Tiider ſlog det vel og feyl. Dagen førend tit-bemeldte Noaaide foretog ſig den her beſkrevne Actum magicum, faſtede han.

diit Lapponice dictos & in collegio inviſibili cantari ſolitos, in hac ecſtaſi, audire dicebatur. Durante ecſtaſi, modo memoratæ fœminæ Shjarak, in tentorio ſedebant, omni ſuo mundo ornatæ, ſubmiſſa voce confabulantes, (hujusmodi collocutio Monatæbme Lapponice nuncupatur) & invicem ſciſcitantes: ubinam gentium & terrarum nunc qvidem verſetur magus noſter? hujus illiusqve montis ſacri nomine inter confabulandum expreſſe memorato. Si in nomen iſtius montis, in qvem, ceſſante tandem ecſtaſi, ſe raptum fuiſſe aſſerebat magus, forte incidiſſent muſſitantes fœminæ, ad illius enunciationem manum vel pedem, in ipſa ecſtaſi paululum movere videbatur. Interim confabulantes fœminæ qværere pergebant; ecqvid in eo, qvo forte raptus eſt, loco vel videat vel audiat magus? qvi, ubi tandem ad ſe redierit, verba, qvæ in collegio inviſibili ſe audiviſſe jactabat, ſubmiſſa voce proferebat. Verba hujusmodi Vuolet-Zaabme appellabant Lappones. Aſſidentes fœminæ, comperto, magum ad ſe ſenſim redire, clara & alta voce cantare incipiebant. Hiſce aliisqve ejusdem furſuris diabolicis ritibus & geſtibus peractis, magus, jam ſibi redditus, apertis & claris verbis ſignificabat, ſacrificium pro curatione ægroti cuidam idolo offerendum eſſe, animali immolando, item loco, ubi res divina peragenda

genda erat, ſimul denominatis, fideqve interpoſita, ægrotantem intra certum & præfinitum temporis ſpatium convaliturum fore, qvod interdum accurate & compoſito tempore accidebat; alias non item. Per totum diem, anteqvam hunc actum peragendum adgreſſus erat magus, cibo & potu prorſus abſtinuit.

Det er vitterligt iblandt Lapperne, og gandſke uimodſigeligt, at, naar en Lappiſk Noaaide eller Trold-Mand ovede bemeldte Læge-Kunſt, var ovenanforte ſynlige Collegium, nemlig de i Helligdags Klæder iforte 2de Qvinder, eller ſaa kaldede Shjarak &c. tilſtede. Ligeſaa kundbart er det og, at han brugte de ovenmelde Ceremonier, ved at loſe ſit Belte og ſine Skoe-Baand, ſlaae ſig paa Knæet med en Oxe, kaſte Gloder af Fyr-Stedet med bare Hænder ꝛc. og derefter at falde hen, ſom en Død. Ligeſaa ſandt er det ogſaa, at tit-benævnte 2de Qvinder, eller ſaa kaldede Shjarak, ſiddende hos ham, der han laae in Ἐκσάσει, holdte ovenſkrevne Samtale, og at han ved deres Samtale omſider begyndte forſt at rore en Haand eller Fod, derefter med en ſagte rumende Lyd at udſige ovenmeldte Vuolet-Zaabme, og endelig paa det ſidſte raadde, at der for den Syges Helbredelſe ſkulde giores Offer; men at han havde en ſig til Tieneſte værende Trold-Fugl, den ſaa kaldede Noaaide-Lodde, og ved ſamme ſik hentet ovenanforte Noaaide Gadze, hvilke, ſom ſagt,

Ceterum, inter omnes, qvibus mores hujus gentis perſpecti ſunt & explorati, conſtat, ſæpius laudatas fœminas Shjarak, mago, arti ſuæ exercendæ intento, in collegio, qvod vocatur, viſibili, tanqvam rei gerendæ teſtes, revera adfuiſſe: conſtat etiam, ipſum magum cærimoniis & geſtibus, qvales erant: balteum & corrigias ſolviſſe: genu ſecuri pulſaſſe: ardentes prunas nuda manu ex foco arripuiſſe &c. & deniqve moribundo ſimilem ſe humi proſtraviſſe, in hoc actu uſum fuiſſe. Verum porro & extra omnem dubitationem poſitum, memoratas fœminas, durante actu, invicem muſſitaſſe, magumqve in ecſtaſi conſtitutum ad earum fermocinationem manum vel pedem paululum movere cœpiſſe, & mox, ſenſuum miniſterio paulatim redeunte, primum verba Vuolet-Zaabme nuncupata, ſubmiſſa voce enunciaſſe, ſuiqve tandem ſatis compotem, victimam pro curatione ægroti ſvaſiſſe & imperaſſe. Hæc, inqvam, omnia adeo certa ſunt & explo-

rata,

sagt, skal være Trold-Mandens tienstvillige Aander, og at den Ἔκϛασις, han syntes at geraade udi, var virkelig, og at der, førend han i samme henfaldt, forsamlede sig hos ham et usynligt Collegium, nemlig tilbenævnte Noaaide-Gadze, og forberorte Aarja, som den fornemste, samt det usynlige Collegii 2de Qvinder, eller saa kaldede Rudok, og at han geraadet i bemeldte Ἔκϛασιν saae i en Syn, ligesom paa en underjordisk Reyse, ovenbemeldte saa kaldede Passe-Varek, eller hellige Bierge, samt Beboere i Biergene ꝛc. hvilket alt var usynligt for de andre nærværende, og efter Foregivende saaes af ham allene, det overlader jeg til enhver, om han vil troe dette, som en virkelig Tildragelse, da Diævelen er kraftig i Vantroens Born, eller ikkun agte det for et Bedrag af Noaaiden, enten for at blive anseet, da Noaaiderne have været hos Lapperne i megen Anseelse, eller for at faae noget til Vederlag for sin foregivne Lærge-Kunst, endskiont samme som oftest var saare ringe, saasom: en Messing-Sylle, et Arm-Baand af Traad, en Øst eller andet saadant. Hvad ellers den i anforte Actu magico bemeldte Trold-Fugl, eller saa kaldede Noaaide-Lodde, som Trold-Manden udsendte til at hente Noaaide-Gadze, angaaer, da berette Lapperne, ham at have været Noaaidens eller Trold-Mandens Tiener, der lod sig af ham befale, og efter hans Ordre foer afsted, i hvilkersomhelst Ærinde han udsendte ham.

Hvad

rata, ut nullam admittant dubitationem. Qvod vero ulterius in hac narratione asseritur, magο nempe suam fuisse Noaaide-Lodde seu avem magicam, cujus ministerio Noaaide-Gadze ɔ: societas magi adduceretur: magum in ecstasin, revera talem, incidisse, in qvam priusqvam inciderit, collegium aliqvod invisibile, Noaaide-Gadze ɔ: societate magi, Aarja, tanqvam membro primario, & duabus fœminis, Rudok dictis, constans, apud eundem congregatum fuisse, eiqve in hac ecstasi constituto, montes sacros, cum suis habitatoribus, apparuisse, eaqve omnia soli magο visa, reliqvorum spectatorum oculos fugisse, id omne in medio relinqvo ipsiqve Lectori judicandum permitto, utrum pro vera habeat historia, cum satis constet, qvanta sit cacodæmonis in filiis incredulitatis Ἐνέργεια; an vero tanqvam rem minus verosimilem & fabulis permistam, explodat, dignamqve judicet, qvæ inter præstigias & fallacias ipsius magi, favorem & auram populārem, qvin & jam præmium, licet vile admodum & exigui pretii, qvale inter alia fuit fibula orichalcea, armilla filis contexta, caseus & hisce similia, ex ludicra hac arte captantis & qværentis, referatur. De Noaaide-Lodde, seu ave illa magica, qvam ad adducendum Noaaide-Gadze ɔ: societatem magi, veneficus emisisse dicitur, referunt Lappones, servum

& ap-

Hvad de i samme Actu Magico ommeldte Passe-Varek anbelanger, da er det en uimodsigelig Sandhed, jeg kand skrive det af egen Erfarenhed, de i det 20 Capitel om Lappernes Afgudiske Ofringer, anforte Offer-Steder bære og et klart Vidnesbyrd om, at der ere Bierge, som Lapperne have holdt for Passe-Varek, eller hellige Bierge, og ofret til, og efterdi de, i sær deres Noaaider, ofte have havt dem samt de efter deres Indbildning sammesteds Tilhold havende Afguder i Tanke, og Noaaiden foretagende sig forbemeldte Kuur ogsaa uden Tvivl har havt samme Passe-Varek i frisk Erindring, og det man tit omgaaes med i Tankerne, pleyer forekomme i Dromme, er det rimeligt, at, naar han laae i den foregivne Ἔκστασει, hvilken formodentlig ikkun haver været en af ovenmeldte Brændeviins-Drikken ham paafalden tung Sovn, samme Passe-Varek, samt de Afguder, som efter hans Indbildning der boede, da have kommet ham for i Dromme, saa han haver syntes at see dem, høre dem tale, og begiere Offer til den Syges Helbredelse. Ovenanforte Adfærd, som Noaaiden forovede ved den Syges Kuur, var jo en Troldoms og følgelig en Dievels Gierning, og slaaer det da ikke feyl, at jo samme onde Aand har havt sin Haand med udi Spillet.

Foruden

& apparitorem magi fuisse, heri suo mandata obseqventer & promte exseqventem.

Passe-Varek, sev montes sacros in hoc actu qvoqve commemorari, nemini mirum videbitur. Enim vero, tales olim in hac gente exstitisse montes, divino honore cultos, præter alia liqvido testantur tot loca sacrificialia, Capite XX. de sacrificiis Lapponum idololatricis commemorata, qvæ ibi qvondam extiterunt, & qvorum hodieqve non contemnenda monstrantur vestigia, qvæ ipse oculis lustravi. Lappones paganos & in his magos præsertim utpote homines divinitus afflatos, hujusmodi montes ibiqve habitantes Deos, animo assidue recoluisse, cuiqve facile est judicatu; nec difficilius inde colligitur, magum, in curando morbo occupatum, præcipua qvadam & tali actui convenienti ratione, animum in sacros montes defixum habuisse; & cum qvotidie fere contingat, ut species earum rerum, qvas vigilantes animo volvimus, dormientibus qvoqve obversentur, nil mirum est, si magus, in hoc actu, qvæ sine dubio gravis tantum altusqve somnus fuit, qvem vinum adustum illi conciliavit, extra omnem externorum sensuum usum constitutus, montes suos & Numina, alias etiam animo obversantia, videre, victimasqve pro salute ægrotantis poscentia audire

Foruden bemeldte Actum Magicum, som blev ovet til en Sygs Helbredelse, have og Lapperne i samme Tilfælde brugt andre Manerer, som af følgende kand erfares: En sandrue og i sin Opførsel skikkelig Porsanger-Fiords Soe-Lap ved Navn Mellet Olsen, fortalte mig om 2de andre Soe-Lapper af samme Fiord, at de havende foretaget sig at læge en Syg, forrettede Kuuren paa denne Maade: De slagtede en Rensdyr-Kalv Dagen for Juule-Dag, kogte Kiødet, lagde noget deraf samt lidet Smor, Ost og Kager i en meget liden dertil lavet Baad, slæbte en stor Dynge Træer sammen, satte berørte Baad med bemeldte Kost i deroven paa, og lod den sammesteds forblive, indtil Juule-Høytiden var forbi, siden saaes den der ey mere. Hvor de havde giort af den, vidste han ey at sige. Det lader sig ansee, at de har ofret Kiødet til Joulo-Gadze. Samme Mand, som et øyensynligt Vidne, berettede og om en Porsanger-Fiords Soe-Lap ved Navn Anders Eschildsen, at han havende paataget sig at helbrede en Syg, saaledes bar sig ad: Som han roede ved Strand-Bredden, traadde han paa Land, og bar en temmelig

sibi videatur; & cum totum hoc negotium magicum sit & prorsus diabolicum, per se seqvitur, ipsum malignum spiritum consilii auctorem svaseremqve fuisse, atqve potiores in eo dirigendo habuisse partes.

Ceterum, non fuit hæc unica medicinæ exercendæ ratio; alias præterea in usu etiam fuisse, ex seqventibus patebit: Lappo qvidam e sinu Porsangrienſi, nomine Melletus Olai, vir probus & ab omni fuco alienus, de duobus aliis, ejusdem sinus Lapponibus, mihi narrabat, qvod medicinam facturi tali methodo usi fuerint: vigilia natalitiorum Christi vitulum rangiferinum mactabant, carnesqve elixabant, qvarum frustula qvædam, nec non paululum butyri & casei, cum paucis placentis, in parva cymbula, peculiari huic usui fabricata, reponebant. Sacrificio ita præparato, ingentem lignorum struem congerebant, super qvam modo memoratam cymbulam, cum imposito donario collocabant, currente festo ibi permansuram. Festo peracto super imposita strui cymbula qvæsita qvidem fuit, sed nusqvam inventa, Melleto serio affirmante, nemini innotuisse, qvid cymbæ acciderit, aut qvo reposita fuerit; nullum tamen fuisse dubium, qvin cymbulæ impositæ dapes Joulo-Gadze sev cœtui Juliorum, libatæ fuerint. Idem ille Melletus Olai de alio

qvo-

melig stor Steen ind i Baaden, vendte den ofte om og talede til den; men Ordene sagde han sig ikke at kunde erindre. Efter Hiemkomsten bar han samme Steen op i sin Hytte, havde den der en lang Tiid liggende under sit Hoved, ofte om Dagen tog den frem, og, ligesom for, talede til den.

De saa kaldede Gand-Fluer, som mange vide at snakke om, vare efter Beretning et Slags Fluer (rettere talt: Dievle i Fluers Skikkelse, hvis de ellers have været til) hvilke en Lap fik af sin egen Fader, om han havde været Trold-Mand, og, naar ey flere af de fra Faderen bekommede vare tilbage, kaffede en Dievel i en stor heslig Fugls Gestalt, af Lapperne kaldet Vuokko, ham andre i deres Sted. Bemeldte Fluer siges Trold-Manden at have havt forvarede i en Æske, som blev kaldet hans Gand-Æske, og at have udsendt den til at beskadige Mennisker og Qvæg, Maaden, paa hvilken de bleve brugte, var efter Beretning denne den gemeenligste, at Trold-Manden bod dem fare ud af Æsken til at beskadige den eller den, som han havde ond Villie til, mere eller

qvodam, ejusdem sinus Lappone maritimo mihi retulit, qvod ægrotos curaturus tali rem via adgredi consveverit: cymba sua prope littus ductim & lente vectus, qvo commodissime visum erat, appulit, egressusqve in continentem, lapidem haud mediocris magnitudinis in cymbam bajulavit, sæpiusqve ibi volutum & revolutum conceptis verbis, qvæ sibi tamen e memoria excidisse qverebatur Melletus, alloqvutus est. Domum redux, memoratum lapidem in casam suam intulit, illatumqve sub pulvinar reposuit, sæpiusqve protractum eadem verborum formula affatus est.

Organis Lapponum magicis præterea annumeratur Musca ganica, notissimum, ubicunqve gentis hujus nomen innotuit, nocendi instrumentum. Muscas fuisse contendunt Lappones; at cacodæmonas, sub specie muscarum latitantes verius dixeris. Adjiciunt præterea, filios eas a parentibus veneficis accipere, ipsumqve cacodæmonem, hisce deficientibus, sub specie horrendæ & deformis avis, novas subministrare. Memorant porro, in pyxide qvadam, vulgo Gan-Eske appellata, eas servari, ad damnum hominibus pariter ac pecoribus inferendum opportuno tempore depromendas: rationem deniqve nefandæ artis exercendæ in eo potissimum consistere, qvod veneficus muscas suas e pyxide

eller mindre, efter Forseelsens Beskaffenhed, ja vel og at dræbe, om Forseelsen havde været meget stor; hvorpaa de da udsoer efter hans Ordre, og efter giorte Virkning komme tilbage til deres Bolig eller Æske igien.

Om en fik saadant Tilfælde, at noget i Skikkelse af en liden Flynder saaes at fare om imellem Huud og Kiod, tvivlede man ikke paa, at jo samme Person var af en Trold-Mand ved Gand-Fluer forgivet. Bemeldte Tilfælde blev ofte i forige Tider virkelig formummet i Finmarken, og medforte ulidelig Smerte. Om et Menniskes Liv hovnede, og der gik Blod igiennem dets Mund og Næse, og det derpaa dode, troede man, at samme Menneske af en Trold-Mand var ved Gand-Fluer taget af Dage. En Syg, som indbildte sig af en Noaaide at være forgandet, og ey i Trold-Kunst saa var ovet, at han selv kunde curere sig, søgte en anden Noaaide om Hielp, som da til hans Helbredelse gemeenligst brugte den i dette Capitel ovenanførte Læge-Kunst. En Trold-Mand siges i bemeldte Tilfælde at have cureret sig selv. Alt dette skriver jeg efter Lappernes egen Beretning, og vil lade enhver troe deraf, saa meget ham behager.

En

provolare jusserit, huic vel illi inimico, a qvo factam sibi aliqvando injuriam contendit, damnum illatum, ea tamen adhibita cautione, ut par pari referatur, nec ultio vel latum ungvem ultra mensuram acceptæ injuriæ extendatur. Muscæ, mandato accepto, confestim evolant, suisqve defunctæ partibus, in suam se pyxidem iterum recipiunt.

Si tumor, passeri (est nomen piscis, norvegice Flynder dicti) haud dissimilis, in humano corpore, cutem inter & carnem, ceu vivum qvid, sese huc atqve illuc movens, apparuerit, signum erat læsionis, muscarum ganicarum attactu illatæ. Hujusmodi symptoma olim apud Lappones admodum freqvens fuit. Porro, si venter intumuerit, si sangvis per nares & ora profluxerit, repentina morte insecuta, nullum amplius supererat dubium, hominem, tali laborantem sympromate, venenatis muscis correptum fuisse. Qvi veneno ita infectus erat, nec artem magicam tam probe calluit, ut ipse se ad sanitatem revocare posset, ab alio mago opem implorabat, qvi malum eadem arte, qva illatum erat, pellere posse credebatur. Fuit magus, qvi ab alio venefico musca ganica percussus, ipse se curasse dicitur. Qvodcunqve demum fuerit, narrationis fides penes ipsos Lappones sit, a qvorum ore relata refero.

Scriptor

En Skribent melder, at Lapperne ved smaae korte giftige Bly-Piile, som de kaste til langt fraliggende Steder, hevne sig paa deres Fiender, og tilføye dem farlige og smitsomme Sygdomme, der forandre sig til Kræft eller andet deslige paa Arm eller Been; men dette haver ingen Tids Erfarenhed lært os at være sandt (225).

Scriptor qvidam commemorat, Lappones exiguis qvibusdam curtisqve sagittis plumbeis, qvas, veneno infectas, ad loca remotissima emittunt, se ab inimicis suis vindicare, periculosos varios & contagiosos illis hoc modo inferentes morbos, qvi in brachiis pedibusqve in gangrænam aliudve hujus generis abeunt; huic autem narrationi nullius temporis experientia applaudit (225).

Juoigen er en iblandt Lapperne brugelig Sang, mere lignende en Tuden. Sommes Juoigen er uskyldig uden nogen Slags Overtroe, og skeer allene for Tidsfordriv; en, som saa juoiger, kaldes Maargos. Nogles Juoigen haver været overtroisk; thi de indbildte sig ved den at kunde fordrive Ulve, at de ikke skulde skade Qvæget, brugende derhos foruden andre disse Ord: Kumpi! Don ednak vahag lek dakkam, ik shjat kalka dam paikest orrot; Mutto dast erit daakkaa mailme kiætzhjai mannat, ja don kalkak dai pazhjatallat, daiheke jezhja lakai hæwanet, Danice: Du: Ulv

Tò Juoigen cantum significat, qvem Lapponum nonnulli per intervalla edere solent, sed adeo confusum & inconditum, ut ululatui, qvam articulatæ voci similior sit. Dantur Lappones, qvi innocenter & solius animi gratia suum Juoigen cantant, hi Maargos appellantur; aliorum vero Juoigen prorsus superstitiosum est, existimantium, se lupos, ne pecori noceant, tali cantu arcere & profligare posse, qvod etiam ex seqventi carmine, qvo uti subinde consveverant, colligi poterit. Verba carminis ita sonant: Kumpi! don ednak vahag lek

(225) Men det har dog Erfarenhed lært, at en og anden Lap, undertiden har betient sig af en lang smalspids Staaltraad, for at beskadige en andens Creature, i det at han om Natte Tider, uden fra igiennem aabne Sprekker i Fæ-Huus-Veggen, har stukket Creaturene dermed, og fornemmelig søgt at ramme den i Øren, da Creaturets paafølgende Sygdom er bleven ansect for en Virkning af Gan-Fluen.

(225) Experientia tamen docuit, Lapponem unum item & alterum interdum ope fili chalybei subulati, per rimas bovilis, pecudibus magnam cladem inculisse, qvam qvidem plebecula tum deinceps pro effectu musicæ lapponicæ magicæ, vulgo: *Gan-Flue*, superstitiose satis habuit.

Ulv haver giort megen Skade, du skal ikke blive længere paa dette Sted, men fare herfra til Verdens Ende, og du skal enten blive skudt, eller paa nogen anden Maade komme af Dage. En ordinaire Trold-Mand juoigede baade i Actu, og uden for Actum Magicum; men somme Trold-Mænd aldrig, hvilke sidst bemeldte bleve kaldede Judakas eller Juraak.

(r) Med staalet Godses Igienviisning brugtes iblant andre følgende Adfærd: Trold-Manden, den saa kaldede Noaaide, kigede ned i Brændeviin, som han i en Øse, Skaal eller andet deslige Kar havde hos sig, nævnede den Person ved Navn, som man mistænkte, og nogenledes var forsikret om at være skyldig i Tyveriet, foregav, sig at see samme Persons Ansigt i Brændeviinet, til et vist Tegn, at han og ingen anden var Tyven, og derhos truede, at, saafremt han ikke bragte det staalne tilbage, skulde han ved sin Kunst beskadige ham paa Øyne eller andet Ledemod; hvorfor den, som havde staalet Godset, af Frygt for at miste sit Øye, eller at blive i anden Maade lemlæstet, lod Eyermanden faae det staalne tilbage. Imedens

dakkam, ik shjat kalka dam paikest orrot; mutto daſt erit daakkaa mailme kietzhjai mannat, ja don kalkak dai patzhjatallat daiheke jetzhja lakai hæwanet, id eſt: Lupe! multorum malorum auctor, hic non amplius ſubſiſtes! procul hinc apage Te, ad ultimos mundi fines! interim, aut ſagittis transfigeris, aut alio qvocunqve modo peribis! Qvidam magi tam in ipſo artis exercendæ actu, qvam extra eundem Juoige ſuum cantare ſolebant; alii vero nunqvam. Hi Judakas & Juraak vulgo nuncupati ſunt.

(r) Magus, res furto ablatas dominis ſuis reſtituturus, rem ita inſtituiſſe narratur: Spiritum vini in obbam infundebat, qvo facto, liqvorem, faciem inſpicientis oſtendentem, inſpiciebat, hunc vel illum, qvem non ſine cauſa commiſſi furti ſuſpectum habebat, nomine compellando; & qvoniam lympha ſimulacrum intuentis, ſpeculi inſtar effingit, ſimulabat callidiſſimus præſtigiator, ſe furis imaginem in liqvore vidiſſe, qvapropter commiſſi furti eum aperte inſimulabat, additis minis, ſe, ni ablatum ſine tergiverſatione reſtitueret, oculum ei illico exſculpturum vel aliud qvod cunqve membrum læſurum fore; qvo fiebat, ut fur, metuens, ne vel oculo privaretur,

(r) Vid. Tab. XCII.

(r) Vid. Tab. XCII.

dens Noaaiden kigede i Brændeviinet, sang han en dertil hørende Ruune-Sang.

Alle de Lapper, som den berømmelige, og ved sin Nidkierhed for Guds Ære og Lappernes Omvendelse et udødeligt Æreminde fortienende Guds Mand, nu hos Gud Salige Thomas von Westen, fordum Lector for Trondhiems Cathedral Skole og Collegii Missionis Vicarius, efter sin Ankomst til Finmarken og Nordlandene, befandt skyldige i Troldoms Bedrifter, blepe publice absolverede.

retur, vel alia qvacunqve membrorum parte mutilaretur, qvod surripuit, sine mora justo domino restituit. Magus, lymphæ inspiciendæ intentus, solenne carmen, huic actui conveniens, canere solebat.

Qvi ex Lapponibus nefandæ hujus artis rei deprehensi erant, ad gremium Ecclesiæ & participationem sacræ Synaxeos, nisi prævia confessione & absolutione publica, non sunt admissi a b. Domino Thoma von Westen, dum viveret, ad exedram Nidrosiensem S. S. Theologiæ Lectore & Collegii de cursu Evang. promovendo circa Missionem Lapponicam, Vicario; viro, ut de universa Ecclesia bene, sic de institutione & conversione Lapponum immortaliter merito.

22. Capitel.

Om Lappernes Superstitioner.

Lapperne havde i deres Vanvittigheds Tid megen Overtroe. Somme holdt Torsdagen hellig, især vilde de ey paa benævnte Dag spinde Uld. De helligholdte og Løverdagen, somme ogsaa Fredagen, og merkeligt er

Caput XXII.

De Variis Lapponum Superstitionibus.

Superstitionibus variis deditos olim fuisse Lappones, satis superqve notum est. Aliis dies Jovis sacer erat; saltem eo die lanam tractare summum nefas putabatur. Diem Saturni pleriqve omnes,

er det, at de i deres Sprog haver givet sidstbenævnte Dag det Navn Fasto-Beive, Danice: Faste-Dagen.

En udi Smor-Fiorden i Porsanger udi Kielvigs Prestegield i Vest-Finmarken boende Soe-Lap, ved Navn Peder Pedersen, fortalte en Aabenbarelse, som var skeet ham paa følgende Maade: Da han en Løverdag gik i Marken paa Hare-Skytterie, og havde sat sig ned at hvile, kom en til ham i en Mands Skikkelse i sorte Klæder, og spurgde hvad han bestillede, hvorpaa han svarede, sig at ville skyde til sin Præst en Hare. Spogelset sagde da: din Præst kand alligevel leve, om du ikke for at skaffe ham Hare, overtræder Sabbaten, ved at gaae paa Skytterie paa Løverdagen, der bør holdes hellig. Du skal ikke arbeyde paa Løverdag, ey heller paa gamle hellige Dage. Dyr, Fugle og Fiske ꝛc. skye bort, fordi Folk anvende sadanne Dage, der bør holdes hellige, til verdsligt Arbeyde. Hidindtil havde Spogelset ladet sig see i revne Klæder, men strax derpaa fremviste sig sommeligen klædt, og sagde til Manden: Du skal ofre mig en Koe, saa skal der blive Forraad paa Fiske, Fugle og andre Dyr. Efter denne Samtale, forfoyede Manden sig til sit Huus overmaade forferdet, og efter Hiemkomsten satte sig ned, drog sin Kniv ud, og strax segnede ned, som en Død. Imedens han saa laae, holdt Folk Vagt over ham, og nu og da stødte

omnes, nonnulli etiam diem Veneris, festos habebant, hunc qvidem, qvod probe observandum est, Fasto-Beive ɔ: diem jejunii præ reliqvis nuncupantes.

Lappo qvidam maritimus, nomine Petrus Petri, in Sinu qvodam Finmarchiæ occidentalis & parœciæ Kielvigensis, vulgo Smorfiorden dicto, habitans, mihi narravit, sibi aliqvando, cum forte die Saturni lepores venatum exiisset, & fessus humi consedisset, spectrum humana facie & pulla veste apparuisse, se: ecqvid ibi negotii haberet? interrogans; respondentiqve: Se lepores, qvos Sacerdoti suo dono dare animus erat, venari, reposuisse: hem! Tune existimas, lepores, die Saturni, qvem summa religione coli oportebat, in venatione captos, Sacerdoti tuo gratos accidere posse? adjecisse porro, caveret sedulo, ne vel diem Saturni, vel alios qvoscunqve dies, olim sacros, profano labore posthac violaret, ex hujusmodi enim veterum festorum profanatione evenire, ut feræ, aves & pisces, irreligiosorum hominum impietatem qvasi abhorrentes & aversantes, solitis sedibus relictis, aufugerint & in alias se terras proripuerint: Spectrum vero, qvod laceris vestibus se hucusqve conspiciendum præbuit, elegantiori mox comparuisse habitu, hujusmodi verbis se compellans: vaccam mihi immolabis, qvo rite facto, mare suos

pisces,

stødte paa ham; men han følede det ikke. Imidlertid forekom ham selvsamme Spogelse, som han havde seet paa Marken i Dromme, og sagde til ham: Du skal ikke komme til Live igien, uden du lover mig en Koe til Offer; Efter giorte Tilsagn derom opvaagnede Manden, var heftig syg, og kunde ikke gaae, men maatte krybe, og, saasom han endnu efter Opvaagnelsen saae tit-bemeldte Spogelse paa Gulvet i en heslig Dragt, gav han et Raab fra sig, og bod de hosværende slaae Trolden, paa det at den ey skulde dræbe ham. Derefter, som han kom noget mere til sig, fortalte han, hvad han havde seet og hort, og forbod sit Huus-Gesinde at arbeyde paa Loverdagen og de gamle Hellige Dage. Siden læste han Herrens Bon, og et Stykke af Catechismo. Dagen derefter kom Folk fra en og andre Steder til ham, for hvilke han fortalte sin Syn; hvorover mange fattede det Forsæt, ey allene at helligholde Loverdagen, men endog at ofre Lam, paa det at der igien kunde blive Forraad paa Dyr, Fiske og Fugle; dog fandtes der en Deel, som ansaae denne Aabenbarelse ikkun for Satans Bedragerie og beloe den.

piſces, volucres aër & terra feras iterum feret. Colloqvio hujusmodi finito, Lappo, haud aliter, qvam par erat, animo conſternatus & perturbatis ſenſibus, domum properavit, qvo poſtqvam perventum erat, conſedit qvidem, ſed mox cultrum furioſe ſtringere cœpit & inter haſce animi pariter & corporis motiones exſpiranti ſimilis concidere. In hoc mentis & ſenſuum deliqvio conſtitutum fideliter obſervarunt domeſtici, innoxiis ictibus excitare ſubinde tentantes, ſed fruſtra. Interim idem, qvod antea in venatione apparuerar, ſpectrum per ſomnium illi oblatum eſt, his uſum verbis: ex hoc morbo nunqvam convalebis, niſi te, cum convalueris, vaccam mihi rite immolaturum ſancte promiſeris. Promiſit etiam miſellus, & ſtatim ab ecſtaſi experrectus eſt, ſed viribus adeo defectus, ut ingredi non valeret; & qvoniam Phantasma in pavimento fœdo habitu oberrans adhuc ſibi videre viſus eſſet, magna voce inclamavit, ſuccurrerent, qvi aderant, ſpectrumqve, ne in ſe miſerum irrueret, vi abigerent! Sibi tandem redditus, cuncta, qvæ viderat & audiverat, cordate expoſuit, ſerio & ſevere præcipiens, ne qvis ſuorum vel diem Saturni vel alium qvempiam, olim ſacrum & feſtum, labore profanare ſuſtineret. Dixit, & orationem dominicam partemqve Catechismi illico recitavit. Poſtero die a plurimis, qvi fando

Om bemeldte Aabenbarelse var virkelig eller ikkun et Opdigt, overlader jeg enhver at domme efter Behag. Men dette vil jeg alleneste erindre, at bemeldte Lap var en stakkels eenfoldig Mand, een af de allereenfoldigste og ærligste der paa Stedet. Det er jo ellers vitterligt, at Dievelen kand ifore sig allehaande, ja endog en Lysens Engels Skikkelse, og torde han i en synlig Gestalt friste Christum, i hvilken al Viisdoms og Kundskabs Liggendefæe laae skiult, er det ikke utroeligt, at han i en synlig Skikkelse fristede en eenfoldig, for at styrte ham og flere med ham i Fald.

Lapperne helligholdte de gamle Høytider, saasom: den gamle Juule-Høytiid, gamle Vor Frue Dag; En i Lerrets-Fiorden i Altens Præstegield udi Vest-Finmarken

hæc forte inaudiverant, modò memoratus Lappo invisitur, qvibus, qvid sibi acciderat, cordate expositit & persvadere conatus est, ut diem Saturni aliaqve Festa, injuria temporis, ut ille qvidem putabat, antiqvata pie recolerent agnasqve immolarent, eum in finem, ut pristina rerum necessariarum, qvibus hæc regio olim abundabat, copia restitueretur. Qvidam monitis paruerunt, aliis totam visionem pro mera illusione præstigiisqve maligni spiritus habentibus.

Ceterum, qvid de hoc viso sentiendum sit, fueritne verum, an fictum, cuiqve pro lubitu judicandum relinqvo. Hoc saltem monuisse libet, Lapponem, cui hoc visum obtigit, simplicem & probum virum fuisse, ab omni fraude alienum; & constat præterea, infernalem genium, in mille se formas vertere posse, eiqve, qvi ipsum filium Dei, in qvo omnes sapientiæ thesauri absconditi erant, tentare haud veritus est, facile esse, nudum & simplicem hominem, per se, supra qvam dici potest, infirmum & imbellem, ita adgredi & insidiis circumvenire, ut eum & cum eo plures in devia & perniciem seducat.

Festum natalitiorum Christi, styli veteris, ut & dies divæ virgini sacros, solenniter celebrare solebant. Lappo qvidam maritimus e sinu in parœcia Altensi,

ken boende Soe-Lap ved Navn Anders Pedersön fortalte en Aabenbarelse, som saaledes var skeet ham: Da han paa en Dag, som een af de gamle Juule-Hoytiids Dage indfaldt paa, bar Hoe hiem af Marken til sit Qvæg, (Lapperne have ey allene en Stillatz, eller saa kaldet Loaawe, i Nærværelsen hos deres iboende Hytte, hvorom er meldt i det Capitel om Lappernes Boliger; men de have og ligeskikkede Stillatzer for Hoet, opsatte i Skoven langt fra bemeldte Hytte) og havde paa Veyen sat sig ned at hvile, horte han nogle Gange efter hverandre en blistrende Lyd; hvorfor han stod op for at forfoye sig hiem. I det samme hortes en Rost sigende: Bie! jeg vil tale med dig. Derpaa vendte Manden sig om, og saae en i et Menniskes Gestalt i hvide skinnende Klæder, som straffede ham, fordi han ved at bære Hoet, arbeydede paa en Dag, som een af den gamle Juule-Hoytids Dage indfaldt paa, og sagde derhos: Jeg er en Guds Engel, kommen at underviise dig. I skal allene helligholde den gamle Juule-Hoytid og andre gamle Hoytider; Men den nye Juule-Hoytid og andre nye Hoytider ere ikke uden Menniskens Bud. I skal og holde Torsdags Eftermiddag og Loverdagen hellig. Derfor er der Mangel paa Næring i Landet, fordi Folk ved verdsligt Arbeyde vanhelliger saadanne Dage. Derpaa forsvandt Spogelset. Manden gik hiem, og, som han var kommen nær Stedet, hvor hans Hytte stod, faldt han i Besvimelse paa Marken,

tenſi, Lerrets-Fiorden nuncupato, nomine Andreas Petri, retulit, viſum qvoddam ſibi oblatum fuiſſe, cum aliqvando fœnum e taberna, Loaawe dicta, de qva alibi fuſius egimus, domum in pabulum pecori, eo die, qvo ſecundum ſtylum veterem feſtum nativitatis Servatoris celebrandum eſſet, bajularet. Tota narratio ita habet: memorato Lapponi, cum feſſus in via conſideret, ſibilus qvidam auditus eſt, ter repetitus, ad cujus ſonum attonitus exclamavit: Deus, fer opem obſecro! Surrexit confeſtim, & poſita vel diſſimulata tantisper formidine, domum feſtinavit, ſed inter currendum clara & acuta voce compellatus: Sta ſodes! paucis te volo! qvibus ille auditis reſtitit, converſusqve animadvertit qvendam ſibi obvium, humana ſpecie, ſplendida veſte ornatum, acriter ſe reprehendentem, qvod eo die, in qvem Feſtum natalitiorum Chriſti qvondam inciderat, tale negotium ſuſcipere haud erubuerit, ſerio deniqve affirmantem, Dei legatum ſe eſſe, cœlitus hoc fine miſſum, ut illum aliosqve condoceret, Feriam nativitatis Chriſti, aliosqve dies feſtos, ex tenore ſtyli veteris eſſe colendos, innovationemqve tam hujus qvam aliorum Feſtorum temere introductam, inſtitutum eſſe mere humanum, nullius-qve proinde auctoritatis & obligationis: diem Jovis a meridie in veſperam, nec non diem Saturni religioſe celebrandos

Marken, og maaskee havde doet der, dersom Folk ey havde blevet ham vaer, og baaret ham ind i Hytten. I denne Besvimelse laae han et par Timers Tiid. Da han var kommen til sig igien, formanede han sit Huus-Folk og andre, som ham forekom, at efterleve den sig indbildte Engels Bud, ved de gamle Høytiders samt Torsdags og Løverdags Helligholdelse.

Min Slutning om denne Aabenbarelse, der ligeledes hendte en stille og eenfoldig Mand, er, ligesom om den foranførte (226).

(s) Lap-

esse, causamqve ingravescentis annonæ, aliarumqve calamitatum, qvibus homines affliguntur, in irreligiosa ista veterum Festorum profanatione, præcipue residere. Dixit & confestim in auras evanuit. Domum interim, qvantis potuit viribus, contendit Lappo, sed, priusqvam illuc perventum erat, animo linqvi cœpit, conciditqve in terram mortuo similis, & haud dubie eum anima in hoc statu destituisset, ni protinus & opportune adfuissent, qvi, animadverso periculo, hominem pœne exspirantem, inter manus sublatum, in tugurium detulerant. In qvo rerum statu cum aliqvantulum temporis permansisset, experrectus tandem suos aliosqve, qvos forte offenderat, serio admonuit, ut ex præscripto sibi apparentis (ut ille qvidem putabat) angeli, tam festa vetera omnia, qvam nominatim dies Jovis & Saturni, sancte & religiose celebrarent.

De hac visione, idem ac de priore illa, cujus memini, judicium esto. (226.)

(s) Pri-

(226) Man bør dog ey herhos forglemme, at en udsvævende, fordervet og ophidset Indbildnings Kraft, er fuldkommen i Stand til at tilvejebringe deslige Syner.

(226) Non tamen prætereundum est, phantasiam extravagantem, corruptam & enthusiasmo qvodam excitatam talibus visionibus naturaliter impetrandis omnino parem esse.

(s) Lapperne holdt det for en Misgierning at æde Kiød Dagen for Juule-Aften; En Lappe-Dreng fortalte mig, at, da hans Fader den Dag havde hengt en Kiød-Gryde over Ilden, og han, da Kiødet var kogt og Faderen var gaaet ud, havde taget et Stykke af samme at æde, kom Faderen ind, i det han tyggede paa Kiød-Stykket, stak Fingrene ind i hans Mund, tog Kiødet ud igien, og gav ham dygtig Prygl.

De fastede paa den gamle Juule-Aften Joulo-Gadze, om hvilke meldes i det 19. Capitel om Lappernes Afguder, til Ære, og gamle Vor Frue Aften for Bornenes gode Optugtelse. Gamle Juule-Dag toge Qvinderne adskillig Slags kogt Mad op i deres Forklæde, bar den hen i Fæe-Huset, hengte den der op, og lode den sammesteds forblive i 3 Dage, efter hvilken Tiids Forløb de aade den op paa Stedet. (t) I Juulen pleyede Lapperne bære en og anden Slags Mad ud til Kragerne, for at tractere dem.

En Mand vilde ikke sove under eet og samme Dække med sin Hustrue, naar hun havde sin Tiid, ey heller vilde en Mands-Person

(s) Pridie vigiliæ natalitiorum Christi, carnibus vesci vetitum erat. Adolescuntulus qvidam Lapponicus mihi narravit, se, memorato die frustulum carnis ex olla, qvam pater ad elixandas carnes super focum suspenderat, surripuisse; patrem vero, re cognita, non tantum carnem, inserto digito, ex ore extraxisse, sed etiam se verberibus haud perfunctorie castigasse.

Vigiliæ, natalem Servatoris & festum divæ virginis, styli veteris, antecedentes, apud Lappones olim esuriales erant; hæc qvidem pro bona puerorum educatione, illa autem in honorem Joulo-Gadze seu cœtus Juliorum, de qvo Capite XIX. de Diis Lapponum. Ipsa feria nativitatis Christi, st. v. moris erat, ut fœminæ cocta cibaria varii generis in præcinctoria sua congererent, congestaqve in bubile, per triduum ibi suspendenda, deportarent; triduo autem exacto, in bubile redirent, reposita cibaria solenniter consumpturæ. (t) Cornicibus eodem die escam apponere, in more qvoqve positum erat.

Marito sub eodem cum uxore, menstruis laborante, stragulo cubare, nefas habebatur; nec mari vel vestimenta hu-

(s) Vid. Tab. XCIII.
(t) Vid. Tab. XCIII.

(s) Vid. Tab. XCIII.
(t) Vid. Tab. XCIII.

Person rore ved en Qvindes Klæder, som derved vare besmittede. En Qvinde, der havde sin Tiid, var det ikke tilladt at trine over en Mands-Persons Fod, naar han siddende paa Jorden havde rakt Beenet fra sig, ey heller at trine over en Bysse, der laae paa Jorden, ey heller at gaae op paa Taget af Hytten, som man boede udi, ey heller at gaae saa langt ned i Strand-Bredden, at hun kom paa det Sted, hvor Fiskene pleyede ligge, naar Fiskerne efter sin Hiemkomst fra Fiske-Fangst havde slengt dem ud af Baaden, ey heller at malke en Koe. Naar en Qvindes Maanedlige Tiid var forbie, toede hun sit Hoved i Vand af en Kiedel, skurede den derpaa med Meel, og bagede en Kage i den, hvilken det var Qvinderne allene tilladt at æde.

Saasnart en Qvinde befandt sig at have undfanget, gav hun Agt paa en vis Stierne hos Maanen, og efter sammes kortere eller længere Distance fra Maanen giorde sig Slutning, om det Foster, hun var bleven frugtsommelig med, skulde doe i Moders Liv, eller lykkelig fødes til Verden. Man maatte ikke sette en Øxe paa Skaftinde i det Huus, hvor Hustruen var frugtsommelig. Naar en Barsel-Qvinde var under Fødsels Smerte, maatte hun intet knyttet have paa sig; thi man indbildte sig, at Barnets Fødsel derved hindredes, hvorfor om der nogensteds paa hendes Klæder befandtes et Baand med en Knude paa, loste man

jusmodi mulieris attingere licitum. Mulieri, menstruis laboranti, nefas erat, super pedem maris, humi considentis, forte exporrectum, incedere; nec licitum eidem, vel sclopum humi jacentem transilire, vel tectum tugurii scandere, vel eam littoris partem, ubi piscatores captos a se pisces exponere solebant, calcare; vel deniqve vaccas mulgere. Fœminæ, cessantibus menstruis, capita aqva e lebete hausta abluere solebant, qvo rite peracto, lebetem farina diligenter abradendum, & in eodem postea placentam formandam curabant, qva solis fœminis vesci licitum fuit.

Mulier, se gravidam comperiens, ad stellam qvandam lunæ vicinam attendit, e breviori vel longiori ejusdem a luna distantia dijudicans, an fœtus, qvem gestavit in utero, fato cederet, aut fausto in lucem ederetur auspicio. Securi manubrium infigere in domo, ubi puerpera erat, nefas habebant. Lappones caute providebant, ne in vestibus puerperæ, in ipso partus dolore constitutæ, contortum qvid & nodosum deprehenderetur, vana persvasione ducti, fore, ut hujusmodi nodi partum redderent difficiliorem. Vestes, qvibus, cum partum eniteretur, puerpera induta fuerat,

mox

man den op. De Klæder, som hun havde paa, naar hun fødde, forkastede hun, og brugte dem ikke mere. Paa det Sted i Hytten, hvor hun var falden i Barsel-Seng, maatte hun stedse blive liggende, uden at omskifte det, indtil hun var bleven tilpas og stod op igien.

mox exuit, nunqvam postea resumendas. Tugurii loco, qvo puerperio cubuit, affixa tenebatur, nec eundem ipsi commutare licuit, usqve dum convalescens cubitu surrexit.

Lappe-Qvinderne give gierne deres Børn lenge Die, somme vel i 2 Aar, ja lengere. I Vanvittighedens Tiid indbildte de sig, at i desflere Faste-Tider Børnene gaves Die, jo lykkeligere bleve de.

Mulieres lappicæ infantes suos diu, qvædam duos annos & ultra, plerumqve lactant. Illorum durante ignorantia, crediderunt, liberos eo majori usuros esse felicitate, qvo plures ferias esuriales nutriebantur mammis.

Lapperne gave deres Børn Navn efter Dromme.

Infantibus nomina secundum somnia imponere Lapponibus solenne erat.

Foruden det at de have Dobe-Navne, hvilke gemeenligst ere de samme, som andre Norske Folkes, saasom: Niels, Oluf, Peder ꝛc. men anderledes udfores, i det at Anders nævnes: Anda, v. Adda, Svend: Spein, Jens: Juntze, Joseph: Juks, Laurits: Lalla, Niels: Nikke, Oluf: Wulle v. Volab, Peder: Piettar, Povel: Pave, Johan: Anthe og saa fremdeles, have og nogle af dem andre besynderlige, dennem i et Bad Hiemme i Huset tilegnede Navne, saasom: Utze Beivatzh Danice: lille Soel, Qvive, Mielze, Akkie, Guia, Nokke

Præter nomina, Lapponibus cum reliqvis Norvegiæ populis communia, & a sacerdote in actu Baptismi imposita, qvalia sunt: Nicolaus, Olaus, Petrus &c. qvæ qvidem secundum genium lingvæ Lapponicæ paulo aliter scribuntur & enunciantur, exempli gratia: Anders Lapponice Anda vel Adda sonat; Svend ɔ: Sveno, Spein: Jens ɔ: Janus, Junthe: Joseph, Juks: Lars ɔ: Laurentius, Lalla: Nicolaus, Nikke: Olaus, Wulle vel Volab: Petrus Piettar Paulus, Pave: Johannes, Anthe, & sic porro, nonnullis

alia

Nokke og flere saadanne. (u) Det haver været, og endnu, som jeg selv utallige Gange haver seet, er en Skik iblandt Lapperne, at de hver Dag, fra det første Børnene ere fødte, indtil de ere temmelig store, bade dem udi en Kiedel med varmt Vand i, hvilken Baden i sig selv er uskyldig, og skeer for Børnenes Sundheds Vedligeholdelse. Naar noget Barn skulde i bemeldte Bad gives et andet Navn foruden dets rette Dobe-Navn, skede samme, den allerførste Gang det efter Navle-Strængens Frafald badedes, hvorved saadanne Ord bleve brugte: De mon baasam duu dam Nabmi N. N. ja dam Nabmi buuriſt kalkak ællet, Danice: Nu toer jeg dig i dette Navn N. N. og i dette Navn skal du leve vel, og lode de det da faae et af ovenmeldte Navne eller andet deslige Navn, som nogen af dets Forfædre havde havt. I bemeldte Bad brugtes Elle-Bark; efter Beretning pleyede de og krydse Barnet; Siden, om det blev sygt eller græd heftig, indbildte de sig, at Aarsagen dertil var en Forseelse ved at have givet det et uret Navn, saasom en anden af Forfædrene vilde blevet opkaldet, og derfor, naar de atter badede det, navngave det efter nogen anden af dets afdøde Forfædre; deraf kommer det, at nogle Lapper have 3de Navne, et, som de have faaet i Daaben, de andre i tidbemeldte Bad. At der gives Lapper, som foruden deres rette Dobe-Navn have a parte Navne,

alia qvoqve fuere, in certo qvodam lavacro domeſtico impoſita, ut: Utze Beivatzh ɔ: parvus ſol, Qvive, Mielze, Akkie, Guia, Nokke, & qvæ ſunt alia ejusdem commatis. (u) Enimvero, mos olim fuit, qvi hodieqve etiam in iſta gente obtinet, cujus ipſe ego & ſpectator ſæpe fui & teſtis, ut infantes ab illa ipſa die, qva primum in lucem edebantur, usqve ad ætatem qvodammodo firmatam, in lebete calida qvotidie abluerentur, cujusmodi lavatio, qvatenus ſolius valetudinis ſervandæ & roborandæ cauſa ſuſcipitur, nihil noxii habet. Si infanti aliud præter genuinum, in dicta lavatione, imponendum eſſet nomen, illud inſtituebatur in prima, qvam ſuſcipiebant, lavatione, poſtqvam funiculus umbilicalis deciderat, hac verborum formula adhibita: De mon baaſam duu dam Nabmi N. N., ja dam Nabmi buuriſt kalkak ællet ɔ: abluo te nomine N. N., in qvo bene valebis. Dum hæc gerebantur, nomen aliqvod, vel ex antea memoratis unum, vel aliud qvodpiam, ex majoribus ductum, infanti imponitur. Ipſa luſtralis aqva cortice alni decocta erat, infantiqve decuſſatim inſperſa. Poſtea, cum infans vel forte ægrotaverit, vel plus ſolito ejulaverit, non aliam ob cauſam id fieri exiſtimabatur, qvam qvod juſtum & genuinum nomen

(u) Vid. Tab. XCIII.

(u) Vid. Tab. XCIII.

Navne, derpaa er det, som jeg her vil anfore, et klart Bevis: Udi Porsanger-Fiorden i Kielviigs Præstegield udi Vest-Finmarken i en Finne-Bye, som de Norske kalde Horvigen, men Lapperne: Vueppe, boede, da jeg var Missionaire der paa Stedet, 2de Soe-Lapper, af hvilke den eene havde i Daaben faaet det Navn: Niels, den anden: Gunner; naar disse 2de Mænd talte hinanden til, kaldede de (Norske Folk, der have eet og samme Navn, kalde hinanden: Navne) hverandre: Gaimazhjam, det er: min lille Navne; jeg i Begyndelsen forundrede mig hoylig over, at disse 2de, der havde bemeldte ulige Dobe-Navne, kaldede, ligesom 2de, der have eens Navn, hinanden: Gaimazhjam v. min lille Navne, men erfarede siden, at de i Barndommen i et Bad Hiemme begge havde faaet eet og samme Navn, nemlig Qvive, og derfor kaldede hinanden Navne.

nomen infanti non fuerit impositum, exstitisse enim haud dubie alium qvendam ex majoribus, cujus nomine rectius & melius appellari posset. Nova itaqve suscipiebatur lavatio, qva lustratus infans novum sortiebatur nomen, ab hoc vel illo Majorum tractum. Hinc factum est, ut Lappones haud raro offendas, duobus tribusve nominibus gaudentes, qvorum aliud in Baptismo, alia vero in lavationibus domesticis illis obtigerunt. Ceterum, perfacile mihi esset, per inductionem exemplorum comprobasse, dari Lappones, qvi præter germanum nomen, in Baptismo a sacerdote more solito impositum, alia qvoqve habuerunt nomina; unum duntaxat, exempli causa, adduxisse sufficiat: cum inter Lappones versarer, in loco qvodam sinus Porsangriensis, Norvegice Horvigen, Lapponice autem Vueppe, dicto, habitabant bini juvenes, qvorum alteri Nicolao, alteri Gunnero nomen erat. Hi, qvoties colloqvebantur, more in Norvegia passim recepto, se invicem cognomines salutabant, hac compellandi formula usi: Gaimazhjam o: mi pusille cognominis! Hoc mihi initio non potuit non mirum & insolens vederi, probe gnaro, alteri horum Nicolao, alteri autem Gunnero, nomen esse, sed mirari mox desii, causam edoctus, in eo consistentem, qvod præter nomen, in Baptismo impositum, qvod utiqve diversum erat, aliud, idqve

Efterat Barnet havde, som meldt, bekommet Navn i et Bad i Huuset, har det tildraget sig, at man tillavede det en Mad og Drikke, hvilken blev kaldet Noaaide-Borramush og Noaaide-Jukkamush, Danice: Troldmands Spise og Troldmands Drikke, og gav det samme ind, indbildende sig, at det derved fik en besynderlig Kraft til at blive med Tiden en duelig Troldmand; derpaa fastede man for det, og siden, imedens det endnu var i spæde Barne-Aar, ovede det i Juoigen, en iblant Trold-Mændene og andre Lapper brugelig Rune-Sang, mere lignende en Tuden, end Sang, hvorom er meldt i nest foregaaende Capitel, saa at, forend Barnet kunde tilgavns tale, havde det allerede lært Tonerne til bemeldte Sang. Derefter ved Alderens Tiltagelse undervüste man det om Afgudiske Ofringer, og anden deslige i Satans Skole opfunden Lærdom. Lapperne lagde Staal i Vuggen hos de smaa Børn, indbildende sig, at, naar Staalet laae der, skulde intet ondt komme dem nær.

For Syges Helbredelse lovede de Gaver til Kirken; hvorved af somme brugtes den Skik at fare ud paa Vandet, vende Baaden

commune, scilicet Qvive, in lavatione domestica utriqve obtigerit, qva ratione binomines simul & cognomines erant.

Infanti ita, ut modo memoratum est, lavatione domestica abluto, cibus qvidam & potus, Lapponice Noaaide-Borramush & Noaaide-Jukkamush ɔ: cibus & potus magicus nuncupatus, parabatur, eo consilio, ut puer cum hisce cupediis artem magicam qvasi imbiberet, eiqve solenniter initiaretur: deinde solenne jejunium in gratiam pueri agebatur, qvo rite peracto, sæpius memoratum infantem τὸ Juoigen, seu famosissimam illam cantionem magicam, Lapponibus olim adeo familiarem & freqventatam, edocendum sedulo curabant, unde factum est, ut puer, priusqvam recte fari didicerit, rudimenta inconditi cantus, vel si mavis, ululatus, tenuerit. Porro, puerum, ætate pariter & ingenii viribus sensim proficientem, ipsa nefandæ & diabolicæ artis mysteria, omnemqve sacrificiorum idololatricorum rationem, fideliter edocebant. Apud infantes, in cunis vagientes, frustulum chalybis, ut adversus qvodvis malum pro amuleto esset, reponere solenne erat.

Pro ægrotorum curatione dona templis vovere in more positum erat, cujusmodi actus Lapponice: Kirkoi Zhjuorvot ɔ: tem-

Baaden 3 Gange om efter Solens Gang og dybt bukke sig; Bemeldte Løfte kaldede man: Kirkoi Zhjuorvot. i. e. at raabe til Kirken. De vilde ikke gierne tilkiendegive, hvor Folkerige de vare, befrygtende, at samme maatte foraarsage en hyppig Død iblandt dem. (v) Nogle gave sine Afdøde Mad med i Liig-Kisten: udi Altens Kirke i Vest-Finmarken blev i Baaben-Huuset et Liig indsat, som formedelst indfaldende sterke Frost ikke strax kunde begraves, men maatte blive der nogen Tiid staaende. En vis Person aabnede Liig-Kisten og befandt hos den Døde en Skee, samt en Kage af Meel og Vand stegt paa Gloder. Efter Beretning lagde de og fordum i Kisten hos den Døde, Buen og en af de Piile, han var vant at skyde med. Rensdyret, som slæbte Liiget til Graven, slagtede de, aad dets Kiød og grov Beenene ned i Jorden. Naar en Død var udbaaren, lagde de en Steen i Rummet, hvor Liiget havde ligget, og derefter forlode den Bolig, som de havde der, hvor Menneskет døde, og satte Boe paa et andet Sted.

o: templum invocare, dictus est. Nonnulli Lapponum, hac cærimonia defungentes, in altum remigare solebant, ibiqve cymbis ad cursum solis in gyrum ter circumactis, flexis genubus sese incurvare. Censum capitum nec facile inire volebant, nec prodere, metuentes, ne hujusmodi computatio ingentem suorum stragem & funera portenderet & secum traheret. (v) In defunctorum loculis cibaria reponere solebant; scilicet, ut haberent mortui, qvo vitam post mortem sustentarent. In propylæo templi Altensis funus, qvod propter sævitiam frigoris eo qvidem tempore humari non poterat, desæviente frigore tumulo suo inferendum, reponebatur. Interim accidit, ut curiosior non nemo, remoto operculo, loculum inspiciens, cochleare, nec non placentam farinariam, super prunis tostam, ad alterum cadaveris latus offenderit. Perhibentur etiam, arcum una cum sagitta, qvam in venationibus, dum viveret, uti solebat defunctus, in loculo deposuisse. Rangifer, qvi defunctum ad tumulum traxit, mactabatur, carneqve comesta, ossa in terram defodiebantur. Elato & humato funere, eam tugurii partem, qvam ad sepulturam componendum cadaver forte occupaverat, lapide sternere moris erat. Qvotiescunqve aliqvis e familia de vita

(v) Vid. Tab. XCIV.

(v) Vid. Tab. XCIV.

Somme havde et med lidt Uld og Hoe omviklet Faare-Been, hengende paa deres Hoe-Huus, hvilket skulde tiene Qvæget til en Beskyttelse imod Gio-Maanedens strænge Veyrlig. De tegnede deres Qvæg med Kryds. Naar en Koe skulde kalve, satte de paa Stedet Staal over dens Hoved. Naar hun havde fød, satte de et Kryds i hendes Pande, og bestroede baade hende og og Kalven med Meel. En Mands-Person fik ey Tilladelse at æde af den første Melk, som malkedes af en Koe, efterat den nylig havde kalvet, forend man havde ladet lidet Meel derudi.

Undertiden hender det, at en styrtende Død paakommer Rensdyrene, hvorover Lapper, der for vare Eyere af mange Dyr, have inden kort Tiids Forløb ikkun faae tilbage. Saadant Uheld tilskrev de Stedet, og derfor ey allene forlode samme, flyttende et andet Steds hen langt derfra; Men det skal og have tildraget sig, at de for Bortflyttelsen satte al den Rensdyr-Mosse, som sammesteds var voxet, i Brand. Qvinderne var det ey tilladt at æde et Rensdyrs Hoved-Kiød; hverken en Mands- eller Qvindes-Person vilde æde det Lem af et Dyr, i hvilket de selv befandt sig med Svaghed behæftede, saa at, havde de svage Øyne, vilde de

decesserit, locum, ubi id accidebat, protinus relinqvebant, alio habitatum concedentes.

Apud qvosdam in usu erat, os ovillum fœno & lana involutum, in fœnili suspendere, pecus, ut illi qvidem superstitiose sibi fingebant, adversus injuriam & intemperiem sævientis Martii defensurum. Pecus forma crucis signare, super vaccam, partui vicinam, frustulum chalybis, fœtum pulsurum & prosperaturum, suspendere, frontemqve partum jam enixæ, signo crucis notare, farina matri pariter ac fœtui insperſa, Lapponibus mos erat. Colostro vaccæ recens enixæ, nisi farina prius insperſa, maribus vesci nefas erat.

Interdum accidit, rangiferos morte abripi subitanea, qvo Lapponibus, complurium antea possessionem tenentibus, pauci tantum brevi supersunt. Casum talem adversum loco attribuerunt, illumqve ideo non reliqverunt tantum, ad alium, longo inde spatio distantem, recedentes, sed omnem etiam muscum rangiferinum, qvi ibidem excreverat, ante discessum, ut fertur, igne combusserunt. Carnem capitis rangiferini mulieribus edere haud licuit. Eo animalis cujuscunqve membro, cui geminum in ipsis forte dolebat, maribus pariter ac fœminis vesci non licuit, ita ut, si

oculis

de ikke æde Dyrets Øyen; vare de plagede af Ryg-Verk, vilde de ey æde det Kiød, der sad ved Ryg-Beenene, ogsaa fremdeles.

Lapperne æde ikke Svine-Kiød; thi de, som der siges, indbildte sig, Svinene at være Noaaidernes eller Trold-Mændenes Ride-Hest. At de ikke æde Sviine-Kiød, er sandt, det kand jeg melde af egen Erfarenhed; men, om bemeldte Indbildning er den virkelige Aarsag til Afhold fra dets Æden, veed jeg ikke; Ellers kalde Finmarkens Lapper Skiertzviis et Sviin: Tazhja-Guouzhja, Danice: Nordmands Biorn; thi det for deres Øyne synes i sin Skikkelse noget at ligne en Biorn, og dets Kiød spises af de Norske Landets Beboere.

Lapperne indbildte sig, at vilde Dyr, Fugle og Fiske skye det Sted, hvor en Kirke staaer, saa at man derfor i den Egn, hvor en Kirke var bygget, ikke formodede sig Lykke til Fiskerie og Skytterie. Naar de øvrige af Huusets Folk vare borte paa Fiske-Fangst, vilde de hiemme værende ikke stikke en tændt Brand i et Karmed Vand udi, for at slukke den. Efter Hiemkomsten fra bemeldte Fangst vilde Fiskerne ikke legge de bekommede Fiske høyt oppe i Strand-Bredden, hvor Qvinderne pleyede at have sin Gang, indbil-

oculis vel dorso forte laborarit Lappo, ab esu oculorum & dorsi animalium, eo qvidem tempore, religiose abstinuerit.

Ab esu carnis suillæ, Lappones ad unum omnes pertinacissime abstinent. Si abstinentiæ causam qvæsiveris, hanc perhibent, sues magorum eqvos esse. Carnem suillam Lappones revera aversari, satis compertum habeo, sed veram abstinentiæ hujus causam perspectam habere nondum licuit, veram enim & genuinam esse, qvam ipsi qvidem subjiciunt, non facile qvisqvam sibi persvaserit. Ceterum, porcum Tazhja-Guouzhja ɔ: Normanni seu Norvegi ursum, per jocum appellare solent, eam haud dubie ob causam, qvod hoc animal, cujus carne tam avide vescuntur Norvegi, urso non adeo, si formam spectes, dissimile sit.

Feras, aves & pisces loca, ubi ædes sacræ exstructæ sunt, aversari fingebant, qvapropter venationes & piscationes in istiusmodi locis, ob diffidentiam prosperi successus, rarissime instituebantur. Aliis e familia piscatum egressis, qvi domi erant, titionem in vas, aqva oppletum, exstingvendum immittere, ne piscatui noceretur, nefas ducebant. Redeuntes ex captura piscatores, in eam littoris partem, qvæ a fœminis freqventari solebat, pisces exponere nolebant,

indbildende sig, at Fiskeriet derved skulde vanlykkes. Naar de havde trækket den Krog, hvorved en Helle-Flynder var fanget, ud af dens Kiæft, krydsede de for Kiæften med samme og tillige sagte blistrede. De tilstedde ikke, at det Vand, som Kiodet af en Helle-Flynder var kogt udi, maatte gives Gieder at drikke, af Frygt for, at benævnte Fiskes Fangst derved skulde aftage.

Nogle vilde ikke nævne en Biorn med dens sædvanlige Navn: Guouzhja, saasom befrygtende sig, at den da skulde dræbe deres Qvæg; men i dets Sted kaldede de ham: Moedda-Aigja, Danice: Beste-Faderen med Skind-Kiolen.

Naar de havde taget Livet af en Biorn, førte de den Hiem med en slags Triumph. Efter Hiemkomsten opsatte de et Telt i Nærværelsen af Vaanings-Teltet, og omskiftede sine Klæder, forend de begave sig derind, agtende det ulovligt, at gaae ind i det i de samme Klæder, som de havde havt paa, da Biornen aflivedes. Her forbleve Mændene for sig selv i 3 Dage, og Qvinderne derimod lige saa længe i Vaanings-Teltet. Imidlertid var det ingen af Parterne tilladt at komme ind til hverandre. I bemeldte ikke langt fra Vaanings-Teltet opslagne Telt kogte Mændene Biornens Kiod, hvorom ey brugtes Verbum, Vuoshjam, jeg koger, som andet Kiods samt anden Spises Kogen i det Lappiske exiſtimantes, prosperum piscatus successum alias impeditum iri. Cum passerem, ut vocant, majorem ceperit Lappo, signum crucis super os capti piscis extracto hamo facere solebat. Aqvam, in qva passer major elixatus fuerat, capræ bibendam apponere, nefas habebatur, ne copia & captura hujusmodi piscis aliqvid detrimenti hac ratione caperet.

Ursum proprio & genuino suo nomine: Guouzhja, compellare non facile audebant, metuentes, ne, si fecerint, immanis bellua solito crudelius armenta dilaniaret; vero itaqve suppresso nomine, Moedda-Aigja ɔ: senem cum mastruca, appellare solebant.

Ursos necatos domum, qvasi in triumphum, duxerunt. Redeuntes juxta illud tentorium, in qvo habitabant, erexerunt aliud, in qvod non prius, qvam vestes exuissent, intrabant, nefas ducentes, vestimentis induti iisdem, in qvibus ursum fixerant, idem intrare. Tres dies hic commorati sunt mares, mulieres vero per idem tempus in habitaculo degerunt. Interea nulli horum alterius domicilium ingredi licebat. In tentorio novissime erecto carnes ursinas coqvebant mares, de qvo actu usitato verbo: Vuoshjam ɔ: coqvo, non uti solebant, peculiari verbo: Guordestam, ejus loco ad hunc actum exprimendum adhibito.

Lappiſke betydes ved, men i dets Sted Verbum, Guordeſtam. Efter at Kiodet var kogt, giorde Mændene ſig dermed tilgode, lode ogſaa tilbringe Qvinderne en Deel deraf, men derhos toge noye i Agt, at ikke noget Stykke af Biornens Bagdeel dem blev givet; (x) man bar ey heller Kiodet ind til dem igiennem Doren, men loftede en Fliig af Teltets Teppe op bag ved det Rum, ſom Gryderne og Kiedlene henſettes paa, hvorom er meldt i det 5te Capitel om Lappernes Boliger, og der ſtak ſamme ind. Her, hvor Biorne-Kiod, ligeſom og Kiodet af et vildt Rensdyr, blev indſtukket, var det aldrig en Qvinde tilladt enten at træde ind i eller ud af Teltet. Naar Biornens Kiod var ædet, grov man Beenene ned. Efter de 3 Dages Forlob, ſom var Mændenes og Qvindernes Fraſkillelſes Tiid, fik de igien Frihed at omgaaes hinanden. En, ſom havde ſkudt en Biorn, fordrog ikke, at nogen efter den Dag ſkulde gaae bag hans Ryg.

Schefferus haver vidtloftig beſkrevet de mange overtroeſke Skikke, ſom brugtes for, under og efter Biorne-Fangſten, hvilke alle at være ſande jeg ikke kand bevidne af Erfarenhed eller Fortællelſe; thi i mit Miſſionaire Deſtrict blev ſielden nogen Biorn ſkudt; dog bifalder jeg næſten al hans Relation om denne Handel, og holder den ikke utroelig.

adhibito. Carne cocta delectabantur mares, parte etiam illius mulieribus allata, ſedulo tamen cavebant, ne fruſtum partis urſi poſticæ illis daretur, (x) nec per januam ordinariam ad illas apportabatur caro, laciniam vero ſtraguli tentorii in loco poſt aream, cujus mentio facta eſt capite V. de domiciliis Lapponum, ubi ollæ & ahena reponebantur, elevando, illac carnem immiſerunt. Hoc loco, per qvem tam urſina, qvam rangiferina inferebatur caro, mulieri nec introitus concedebatur nec exitus. Comeſta urſi carne, oſſa condebantur terra. Spatio trium dierum, qvibus viri mulieresqve ſegregati viverent, præterlapſo, mutua ipſis iterum conſvetudo patuit. Cui urſum fixiſſe aliqvando contigerat, ægre ab eo tempore ferebat, qvemqvam pone dorſum ſuum præterire.

Complures ritus ſuperſtitioſos, in urſi venatione adhibitos, prolixe deſcribit Schefferus, qvorum omnium veritatem aſſeverare non ſuſtineo, in qvantum mihi per experientiam vel traditionem liqvet; in eo enim tractu, in qvo Miſſionarii munere fungebar, raro urſus figebatur: toti tamen illius hac de re narrationi fere ſuffragor, nec illam citra omnem fidem poſitam eſſe cenſeo.

Lapperne

Glandes

(x) Vid. Tab. XCIV.

(x) Vid. Tab. XCIV.

Lapperne brugte utugtige Ord hos Kugle-Stobning. De indbildte sig, at en Ulv kunde fortrylle en Bysse, at den ey gik los.

De agtede en liden med hviid Ring om Halsen begavet og i ovrigt sort Fugl, der holder sig hos Elve-Fosser, og af Lapperne kaldes: Kuoik-Garheek, men af de Norske: Elve-Kald (227), for en Lykke-Fugl, og derfor, naar de fik den fanget, forvarede den, som en Helligdom; En riig Field-Lap, ved Navn Hans Jonsen, kaldet af Lapperne: Hano, og boende udi Ozejok udi Svensk Lapmarken, havde benævnte Fugl giemt i en hviid Skoe eller Kamag; endskiondt samme var død, holdt han den dog for en Lykke-Fugl, indbildende sig, at, saa længe den var i hans Eye, skulde Lykken foye ham. Læs mere om samme Mand i det 15de Capitel om Lappernes Maneerer.

(y) Lapperne troede, at, om man kom at staae under et Træe, hvor en Giog galede, forend den begav sig paa Flugt, blev man

Glandes plumbeas fundentes obscœnis verbis utebantur. Lupum sclopos, ne metam accurate ferirent, fascinare posse, superstitiose credebant.

Avicula qvædam nigri coloris, albo collum ambiente limbo, cataractarum freqvens cultrix, Lapponice: Kuoik-Garheek, Norvegice: Elve-Kald (227.) nuncupata, auspicata habebatur, qvam si qvis ceperit, diligenter asservatam in magno habebat pretio. Lappo qvidam montanus, nomine Johannes Jonæ, Lapponibus Hano dictus, vir inter suos opibus conspicuus, in Ozejok, loco ad Lapponiam Svecicam tunc pertinente, habitans, hujusmodi avem aliqvando cepisse dicebatur, captamqve, tanqvam rem sacram inæstimabilisqve pretii, vivam diu in Kamag seu calceo albo asservasse, & ne mortuam qvidem abjicere voluisse, sed in eodem habuisse pretio, minime ambigens, fortunam sibi tamdiu fore propitiam, qvamdiu fortunatam avem retinuisse contigerit. De hoc viro plura vide Capite XV. de variis Lapponum moribus.

(y) Si sub arbore, in qva cuculus, vocem missurus residebat, anteqvam inde evolaverit, cuiqvam esse contigerit, fortunatum

(227) See Anm. 113.

(y) Vid. Tab. XCIV.

(227.) Vid. adnot. 113.

(y) Vid. Tab. XCIV.

man lykkelig. Jligemaade troede de, at den blev lykkelig, som fandt en Giogs Æg, og, naar man aad samme, havde man en omhvælvet Kiedel paa Hovedet, den derimod holdte de for ulykkelig, som skiød en Giog; (z) de indbildte sig, at, dersom nogen var fastende, naar han første gang hørte benævnte Fugl gale om Foraaret, virkede det hos ham et ondt Hiertelav til sin Næste; den derfor, som samme var hendet, beed i Barken paa et Træ, og gik 3 Gange omkring det imod Solens Gang, forsikrende sig om, at Giogens Galen, som han fastende havde hørt, ey da skulde giøre ham bemeldte slemme Virkning.

De troede, at den, som fastende første Gang hørte Lommen (Lom er et Slags store Fugle) (228) skriige om Foraaret, træffede den Vanlykke, at Melken af hans Qvæg ikke løb sammen. De indbildte sig, at, ved at skiertze med Jld tilføyedes Rensdyr-Kalvene Blindhed. De satte Kryds paa sine Dørre.

Det er bekiendt, at, som Solen i Finmarken om Sommeren i 7 samfulde Uger baade Nat og Dag lader sig tilsyne, saa er den

tunatum se fore credebat; ova hujus avis reperisse, auspicatum qvoqve erat: caput hujusmodi ova sorbentis obvoluto lebete operiendum erat. Cuculum vero figere res erat infausti ominis plena. (z) Si cui jejuno cuculum primo vere canentem audivisse acciderit, hoc sibi inde infortunium ominabatur, ut per totum insequentem annum male in proximum affectus foret, qvod malum ut averruncaret, obviæ arboris, qvam ter circumire debebat, corticem comedendum actutum arripuit.

Si qvis colymbum (genus avium magnarum) (228) primo vere jejunus audiverit, sibi persvadebat, fore, ut qvicqvid lactis e pecore per totum illum annum provenerit, coagulari non posset, sed, seri instar consisteret. Adjecit præterea persvasio, fore, ut, si cum igne, vel saltem jocando, luderent, cæcitas vitulis rangiferinis inde accideret. Januas signo crucis notare in more qvoqve positum erat.

Solem in Lapponia, hyeme per integras septem hebdomadas in horizonte plane subduci & sub Hemisphærio infe-

(z) Vid. Tab. CIV.
(228) See Anm. 119.

(z) Vid. Tab. CIV.
(228.) Vid adnot. 119.

den i lige saa mange Uger om Vinteren aldeles borte af Horizonten. Den forste Gang Lapperne fik den efter bemeldte Udeblivelse at see igien, besmurte de sine Dorre.

En Steen, som ikke var ret stor, men derhos af en usædvanlig Tyngde, indbildte de sig at være noget overnaturligt hos.

De troede, at Torden skrekkede og ødelagde Trold. Samme Overtroe hengte og ved mange af gemeene Mand iblandt de Norske, hvoraf det endnu bekiendte Ordsprog er kommen: Dersom Torden ikke var, lagde Trold Verden øde. Man sagde, at, naar Torden slog, bleve Trold seet at løbe af Banghed om i Skoven, indtil de fandt et huult Træ at skiule sig udi, og at Lyn-Ilden derpaa antændte samme.

Lapperne have vel og havt adskillige andre Superstitioner; men de anforte ere mere end nok til at beviise deres Vildfarelse i Vanvittighedens Tiid.

riore oculi, eundem vero æstate per totidem hebdomadas, ne media qvidem nocte occidere, constat; hinc factum est, ut ad primum, post continuas septem hebdomadum tenebras, redeuntis in horizonte solis aspectum, januas inunxerint.

Lapidibus, qvam pro magnitudine & forma exteriori, gravioribus, præternaturale qvid & insolitum inesse stolide credebant.

Tonitru veneficis terrorem incutere, eosdemqve perimere credidere. Qva etiam superstitione plebis Norvegicæ haud pauci capti erant, unde tritum adhuc emanavit proverbium: Si tonitru non existeret, venefici orbem delerent. Ferunt etiam, veneficos, fulgore delabente, huc illucqve per sylvam, horrore perfusos, discursitare visos, usqve dum cava, in qva se absconderent, inveniebatur arbor, qvæ fulgure confestim accendebatur.

Superstitiones adhuc plures paganos olim Lappones fovisse, nullum qvidem est dubium, sed qvibus recensendis diutius immorari non libet, adductis, ut spero, exemplis, ad indicandos & demonstrandos miserrimæ gentis errores, abunde sufficientibus.

23. Capitel.
Om
Den Finmarkiske Mission.

En berømmelig Tronhiems Biskop ved Navn Erik Bredal, som betiente Bispe-Embedet, fra Aar 1643 til Aar 1672, lod Lappernes Underviisning i Guds Kundskab høyt være sig angelegen, i det han ey allene tilsendte dem Studentere til Pædagogos, men endogsaa baade i sit eget Huus, og i en Deel Præstes Huse paa Landet lod oplære nogle Lappiske Børn, hvilke, efterat de havde naaet fornøden Kundskab om de Guddommelige Sandheder, bleve efter velbemeldte Biskops Befalning her og der plantede paa Fieldene iblandt Lapperne, for at underviise dem i det aandelige. Denne Foranstaltning giorde dog formedelst adskillige Hindringer ikke saa god Virkning til Lappernes Oplysning og Omvendelse, som man gierne havde ønsket; Men den i Aaret 1714. d. 10de Decbr. allernaadigst forordnede Kongelige Mission, haver hos de forhen i Vankundigheds og Vildfarelses Mørke vandrende Lapper udrettet saa meget, at Guds Ords Lys er kommen til og Herrens Herlighed er opgangen over dem, hvilken den store Guds besynderlige Velgierning igiennem de Høylovlige Danske Kongers christelige og bestandige Omhue den gandske Christenhed er skyldig til med Taknemmelighed at erkiende.

Bemeldte

Caput XXIII.
De
Missione Lapponica.

Celebris qvidam Nidrosiensis Episcopus, cui nomen Ericus Bredal, qvi munere Episcopali ab Anno MDCXLIII. usqve ad annum MDCLXXII. functus est, de Lapponum in cognitione divina institutione summa adnixus est cura, dum non studiosos tantum pædagogos creavit, sed in propria etiam domo, compluriumqve sacerdotum sedibus rure liberos qvosdam Lapponum instruendos curavit, qvi, debitam veritatum divinarum assecuti notitiam, huc illucqve per montes jussu Episcopi, inter Lappones, illorum opera iterum instruendos, dispersi sunt. Hæc tamen dispositio, variis occurrentibus obstaculis, illuminationem conversionemqve Lapponum ad peroptatum haud perduxit effectum. Qvæ vero Anno MDCCXIV. d. 10 Decembris gratiosissime instituta est Missio Regia, spissis antea ignorantiæ tenebris circumfusos Lappones eo perduxit, ut lux verbi divini, gloriaqve Domini illis nunc luceat, qvod Dei ter Opt. terqve Max. beneficium singulare, christiano indefessoqve Danorum divæ memoriæ Regum studio, tota christianorum cohors grato animo proseqvi debet. Hæc mis-

Bemeldte Missjon strekker sig til alle de Egne, i hvilke den Danske Krones Undersaattere af Lapper opholde sig, og følgelig indbegriber 3de Ampter, nemlig Finmarkens, Nordlands, samt en stor Deel af Tronhiems Ampt.

Antrædet til berørte gudelige og priselige Verk skeede saaledes: Da Høylovlig Ihukommelse Kong FRIDERICH den 4de var kommen paa Thronen, sendte han, allerede betænkt paa en Missions Foranstaltning, en duelig Student, ved Navn Povel Resen til Nordlandene og Finmarken, for at tage bemeldte Lande i Øyesyn, og give Allerhøystbemeldte Hs. Kongelige Majestæt udførlig Underretning om Stædernes Beskaffenhed. Benævnte Povel Resen, som siden allernaadigst blev beskikket til Kriigs-Commissarius og Kriigs-Raad i Bergen, indkom Aaret 1707. med sin allerunderdanigste Relation; hvorpaa Hs. Kongelige Majestæt allernaadigst befalede Biskopen over Tronhiems Stift, Doctor Peder Krog, at udsøge duelige Subjecta til en Missions Betiening i Nordlandene og Finmarken. Aar 1714 blev der, som meldt, med Efftertryk lagt Haand paa Missions-Verket, hvilket fremdeles af de Høylovlige Allernaadigste Danske Konger med en priselig Nidkiærhed holdes ved lige. Der blev da af Landets Fader og Kirkens Foster-Fader stiftet i den Kongelige Residence-Stad Kiøbenhavn et Missions-Collegium, som for desbedre at nagae

sio per omnes Lapponum ditiones, qvæ sceptro Danico parent, se extendit, adeoqve tres provincias, sc. Finmarchiam, Norlandiam, partemqve haud parvam provinciæ Nidrosiensis comprehendit.

Opus hoc pium glorioſumqve sequenti inceptum est modo: Rex divæ memoriæ Fridericus IV., imperio potitus, qvippe qvi missionem instituendam animo jam dudum volutasset, habilem qvendam studioſum, cui nomen Paulus Resen, ad terras boreales & Finmarchiam misit, qvi, terras has exploraturus, Sereniſſimæ Majestati Regiæ exactam locorum exhiberet rationem. Hic Paulus Resen, qvi posthac Commissarius, Senatorqve castrensis Bergis constitutus est, notitiam suam hac de re Anno MDCCVII. retulit. Qvo facto Rex Divæ memoriæ Episcopo diœceseos Nidrosiensis, Doctori Petro Krog, de viris, muneris Missionarii in terris borealibus & Finmarchia obeundi capacibus, eligendis mandatum dedit. Anno MDCCXIV. huic operi, ut supra dictum, nervose admovebatur manus, qvod adhuc Sereniſſimorum Daniæ Regum glorioſo conservatur studio. A Patre igitur Patriæ ecclesiæqve nutritio in sede regia, Havnia, Collegium qvoddam de cursu Evangelii promovendo institutum est, qvi, scopo suo eo facilius ut potiretur,

naae sit Øyemeed, raadførte sig baade med inden- og uden-landske Kloge, og til Christi Riiges Udbredelse velvillige Mænd, angaaende dette christelige og priiselige Verks fuldkomne Istandsættelse, og udgav den 19. Januarii 1715. i Trykken paa Dansk og Tydsk en af 31 Artikler bestaaende Anviisning om den værende Anstalt i Danmark til Hedningers Omvendelse, og omsendte samme, ey allene ved et Circulair-Brev af samme Aars 9de Martii til alle Stift-Ampt-Mænd og Biskoper i Danmark og Norge, med Begiæring, at de vilde bekiendtgiøre den i deres Stifter, men endog til andre inden- og uden-rigske brave Mænd, og i sær ved en Latinsk Skrivelse til det Engelske Societet de propaganda cognitione Christi i London. Derpaa indløb fra alle Steder Forsikring om Bistand og sunde Raad til Sagens Befordring. Besynderlig indkom et priseligt Forslag fra 7 Vellærde og for Guds Riiges Tilvext nidkiære Tronhiems Stiftes Præster; samme vare Magister Jens Juul, Pastor til Tingvold og Provst over Nordmoers Provstie. Hr. Amund Barhorv, Pastor til Qværnæs i samme Provstie. Hr. Thomas von Westen, da Pastor til Vædoe i Romsdals Provstie, men siden Lector Theologiæ i Tronhiem og Collegii Missionis Vicarius. Hr. Nicolai Engelharth, da Residerende Capelan til Næsset i Romsdalens Provstie, men siden Pastor til benævnte Vædoe i Hr. von Westens Sted. Hr. Peder Strøm, da Residerende

retur, cum viris prudentioribus, regniqve Christi dilatandi studiosis, tam indigenis qvam extraneis, de pio glorioſoqve hoc opere consummando consilia miscuit, dispositionemqve hanc, in Dania de conversione gentilium factam, XXXI. Articulos continentem, die 19 Januarii MDCCXV. Danice & Germanice excudendam curavit, qvam per epistolam circularem, die 9 Martii ejusdem anni signatam, non ad omnes Præfectos provinciarum tantum, Episcoposqve in Dania & Norvegia misit, jubens, ut illam in provinciis suis publicarent, sed eandem ad alios etiam, tam indigenas qvam extraneos, illustres viros, præsertimqve per epistolam, latine scriptam, ad Anglicam societatem Londinensem de propaganda cognitione Christi ablegavit. Qvo facto, promissa de adminiculo maturisqve consiliis in opere hoc suffulciendo undecunqve concurrebant. Septem præsertim eruditi, regniqve divini propagationem studiose amantes in diœcesi Nidrosiensi sacerdotes glorioſum qvoddam prodidere consilium; hi fuerunt Magister Janus Juul, ecclesiæ Tingvoldensis pastor, & præposituræ Nordmöerensis Præpositus; Dominus Amundus Barhörv, pastor ecclesiæ Qvernæs in eadem præfectura. Dominus Thomas von Westen, tum pastor ecclesiæ Vædöe in præpositura Romsdalensi, posthac Lector Theologiæ Nidrosiæ,

derende Capelan til Boe i Romsdals Provstie, men siden Pastor til Borgen i Sundmoers Provstie udi Bergens Stift. Hr. Mentz Aschanius, da Capelan pro loco til Oure i Nordmoers Provstie, men siden Residerende Capelan til forbenævnte Næsset i Hr. Engelharths Sted, og endelig Pastor til forbemeldte Oure. Hr. Eilert Hagerup, da Capelan til ovenmeldte Qværnæs, siden Sogne-Præst til Callundborg, derefter Lector Theologiæ og Stifts-Provst i Tronhiem, samt Collegii Missionis Vicarius, og omsider Biskop over Tronhiems Stift og Doctor Theologiæ.

Den 19de April i samme Aar udgav Hs. Kongelige Majestæt en Allernaadigst Ordre og Instrux til Lappernes Omvendelse; hvoreffter blev besluttet at oprette i Kiobenhavn og Tronhiem et Seminarium, og, at dette des beqvæmmeligere kunde i Verk sættes, udgik i samme Aars May-Maaned en Allernaadigst Kongelig Ordre til Universitætet i Kiobenhavn, at een af de 6 Inspectioner i Collegio Regio, eller den saa kaldede Regentz, skulde indrommes nogle Studiosis Theologiæ, og

Vicariusqve Collegii Missionis. Dominus Nicolaus Engelharth, tum Sacellanus residens ecclesiæ Næsset, in præpositura Romsdaliensi, posthac successor Domini von Westen ad Vædöe. Dominus Petrus Ström, tum Sacellanus residens ecclesiæ Boe in præpositura Romsdaliensi, postea pastor ecclesiæ Borgen, in præpositura Sundmöeriensi in diœcesi Bergensi. Dominus Mentz Ascanius, tum Sacellanus pro loco ad ecclesiam Oure in præpositura Nordmöeriensi, posthac Sacellanus residens ad Næsset loco Domini Engelharth, tandemqve pastor ecclesiæ Oure. Dominus Hilarius Hagerup, tum Sacellanus ad Qværnæs, postea pastor Calundæ, deinde Lector Theologiæ, & Præpositus primarius Nidrosiæ, simulqve Collegii Missionis Vicarius, tandemqve diœceseos Nidrosiensis Episcopus, Doctorqve Theologiæ.

Die 19 Aprilis ejusdem anni Rex mandatum de conversione Lapponum edidit; posthac, Seminarium Havniæ & Nidrosiæ fundandum esse, decretum, utqve eo facilius procederet opus, mense Majo ejusdem anni Universitati Havniensi gratiosissime imperatum, ut unum e sex contuberniis in Collegio Regio, vulgo Regentz dicto, qvibusdam studiosis Theologiæ assignaretur, utqve iidem qvadra regia, stipendiis aliisqve fruerentur

og at samme skulde nyde frie Kost paa Kloste-ret, samt Stipendia og andre Beneficia, og i Fremtiden bruges til Missionens Tieneste.

Saasom Kiobenhavn, hvor de Høye Herrer i det forordnede Missions-Collegio residerer, er Finmarken langt fraliggende, behovede Høyt-bemeldte Collegii Præses og Assessores en Vicarium i Tronhiem, der ligger Finmarken og Nordlandene saa meget nærmere, hvortil da Hr. Thomas von Westen, som en lærd, nidkiær, gudfrygtig og derfor til dette Embede vel skikket Mand, blev ved et Allernaadigst Kongeligt Kalds-Brev af 28de Februarii 1716. beskikket. Den 13de Martii i samme Aar, blev ham givet en Instrux, som paalagde ham at reyse til Finmarken, for at efterse de beleyligste Steder for Skoler, samt undersøge Lappernes Vildfarelser, og give Underretning om, hvad til Missionens Forfremmelse agtedes tienligst. Efter erholdte Instrux fandtes han strax beredvillig til at efterkomme det Høye Collegii Ordre, og i sit Giensvar gav sin Redebonhed med saadanne Ord tilkiende: Og nu i Jesu Navn raadforer jeg mig ikke længere med Kiød og Blod, men gior mig efter den 5te Articul af min Instrux strax paa Mandag færdig at reyse, da jeg fremdeles skal i al Troeskab efterkomme de andre Poster, saa meget Gud vil forlene mig svage Mand Naade dertil. Herren være med Eder, I Helte til Striiden! Han skabte Norden og sattè Eder til dens Stierner! Herrens

tur beneficiis, inqve posterum missioni inservirent.

Siqvidem Havnia, ubi Amplissima Collegii Missionis membra sedes suas habent, tanto spatio a Finmarchia est dissita, Præsidi nec non Assessoribus Amplissimi hujus Collegii Nidrosiæ, qvæ terris borealibus & Finmarchiæ propior est, vicario opus fuit, qvod munus Domino Thomas von Westen, ut erudito, fervido, pio, huicqve igitur officio viro idoneo literis regiis d. 28 Februarii MDCCXVI. gratiosissime delatum, d. 13 Martii ejusdem anni instructio, iter in Finmarchiam imperans, ipsi impertita est, ut, locis ad scholas exstruendas aptissimis, exploratis, Lapponumqve examinatis erroribus, qvicqvid commodis missionis promovendæ satius haberetur, referret. Hanc assecutus instructionem, Amplissimi Collegii mandatis mox facilem se præbuit, promtitudinem animi in responso suo his verbis prodens: Nunc nomine Jesu carnem sangvinemqve non consulo, die vero lunæ, qvinto instructionis meæ articulo congruenter, me ad iter accingo, reliqva, qvæ mihi sunt injuncta, intemerata executurus fide, in qvantum enervi mihi gratiam suam concedat Deus. Dominus vobiscum, Heroes ad certamen instructi! Ille, qvi boream creavit, vos astra illius con-

Herrens Navn være lovet ævindelig! Halleluja. Næst følgende 29de May gik han fra Trondhiem med Skib til Vardøhuus i Finmarken, og den 5te Junii underveys tilskrev Missions-Collegio et Brev af saadan Indhold! I dette Øyeblik seyler jeg med de 2de Missionairer Kieel Stub og Jens Blok fra Tyrhoug til Soes; jeg fører med mig 384. Catechismos, 500. A. B. C. 50. Evangelii- og 30. Psalme-Boger paa Collegii Behag. Lovet være Herren, som har givet os en god Vind! Han skal udsende sin himmelske Vind til at drive og opvække Finnerne. Kom Norden-Vind, og blæs Synden-Vind, at Ørken maae grønnes og Klipperne dryppe af Myrrha! Herre Jesu! gior det! Amen. Efter sin Ankomst til Finmarken, gav han atter Collegio et Brev af 30te Julii, hvis Indhold saa lyder: Nu er Saligheden og Magten, og Riiget vor Guds, og Magten hans Christi; thi den gamle Drage, som forførte vore Brødre i Lapland, er uddreven af den Finmarkiske Kirke; derfor fryd dig, du Christenhed og I, som boe derudi! Gud lade Dragens Sted aldrig mere findes i Himmelen! Imedens tit-bemeldte Lector Theologiæ og Collegii Missionis Vicarius, Hr. Thomas von Westen denne Gang opholdte sig i Finmarken, randsagede han allevegne paa det nøyeste i Lappernes afgudiske Vederstyggeligheder, lagde yderste Vind paa at bringe disse afvigede Siæle til deres Hyrde Jesum, at udføre disse i Vankundigheds Mørke og Dødens Skygge sidden-

constituat! nomini Domini sit laus æterna! Halleluja! Seqventi d. 29 Maji Nidrosia ad Vardöehuus in Finmarchia navi vectus, dieqve 5 Junii epistolam seqventis argumenti in itinere ad Collegium Missionis ablegavit: Hoc temporis momento simul cum duobus Missionariis, Kieel Stub & Jano Blok a Tyrhouga solvo; Arbitratu Collegii 384 catechismos, 500 elementa literarum, 50 volumina Evangelia, & 30 hymnos continentia mecum veho. Laus Domino, qvi secundum nobis concessit ventum! cœlestem suum emittet flatum, qvi Finnos aget & excitabit. Veni aqvilo, spira auster, ut virescat desertum, petræqve myrrha stillent! Domine Jesu! fac istud! Amen! Ad Finmarchiam redux iterum epistolam, d. 30 Julii signatam, ad Collegium misit, cujus hoc est argumentum: Nunc facta est salus & potentia & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, draco enim vetus, qvi fratres nostros in Lapponia seduxit, ex ecclesia Finnica est ejectus, plaudite igitur Christianorum cohors, & vos, qvi in illa commoramini! faxit Deus, ne locus draconis amplius in cœlo inveniatur! Supra dictus Lector Theologiæ, Collegiiqve Missionis Vicarius, Thomas von Westen, dum hac vice in Finmarchia commorabatur, abominandam Lapponum idololatriam exactissime examinavit, omne in eo collocans studium, ut aberrantes istas animas

sidende arme Mennesker fra Mørket til Lyset, og at udfrie disse Satans Trælle, der havde solgt sig til at giøre Ondt, fra Satans Magt til Gud. Han, med saa Ord at sige, i alle Stykker forrettede den sig anfortroede Gierning med saadan Iver, at hans berømmelige Navn og Eftermæle ikke bør uddøe, saa længe der lever Mennesker i Verden. Paa Hiemreysen fra Finmarken til Trondhiem, som skeede igiennem Nordlandene, brugte han i sit anbefalede Kald ikke mindre Vindskibelighed. Jeg kunde vel omstændelig anføre mange mig bekiendte mærkværdige Ting, som han paa denne Missions-Reyse forrettede og ham hændede; men for at skye Vidtløftighed vil jeg gaae dem forbie.

Den 14. Junii 1718. foer Hr. Lector von Westen anden Gang til Finmarken, og ankom til Landet den 18. Julii. Her giorde han nu Anstalt til Skole-Huuse og nye Kirker, til hvis Opbyggelse og Vedligeholdelse Hs. Kongelige Majestæt Allernaadigst skiænkede en hannem af Brønøens, Alstahougs og Rødøens Præstegield i Nordlandene tilkommende Tiende, samt Overskuddet af Kirkernes Tiende i Finmarken, forstaae det, som deraf blev tilovers, naar de der i Landet forhen byggede Kirker vare istandsatte og derefter ikke for sig selv behøvede Resten. Da Hr. von Westen begav sig Hiem igien, fra

mas ad Jesum pastorem suum duceret, ut miseri isti, in tenebras ignorantiæ umbrasqve mortis immersi, homines in lucem emergerent, servosqve istos Satanæ, qvi se malis vendiderant operibus, a potestate Satanæ ad Deum converteret. Utqve paucis multa complectar, omnia muneris, sibi injuncti, momenta tanto fervore animi explevit, ut celebre illius nomen e memoria hominum emori non debeat. E Finmarchia per terras boreales Nidrosiam rediens, non minorem in sparta, sibi commissa, habuit industriam. Varias qvidem res momentosas, mihi cognitas, partim qvas in hoc itinere, missionis gratia suscepto, confecerat, partim qvæ ipsi evenerant, uberius afferre poteram, brevitatis vero studio illas silentio prætereo.

Lector hic von Westen d. 14 Junii MDCCXVIII. secunda vice ad Finmarchiam profectus, ad terram d. 18 Julii appulit. Hic ad scholas templaqve exstruenda omnia composuit, qvibus exædificandis nec non conservandis Serenissima Majestas Regia decumas, sibi in parochiis Brønøen, Alstahoug & Rødøen in terris borealibus proprias, gratiosissime donavit, nec non residuum decimarum qvæ templis in Finmarchia dicatæ sunt; id scilicet qvod excurrit, templis, qvæ ibi antea exstructa erant, instauratis, nec illo indigentibus, hunc in usum

fra Finmarken, tog han, ligesom den første Gang, Veyen igiennem Nordlandene, og der iligemaade giorde herlige Anstalter. Paa denne, saavelsom paa sin første Missions-Reyse, arbeydede han ved Guds Bistand af yderste Kraft paa Lappernes Oplysning og Omvendelse. Selv var han for de Lappiske Menigheder et skinnende Lys, baade i Lærdom og Levnet, og et fortræffeligt Exempel paa Gudsfrygt og Nidkierhed.

convertit. Dominus von Westen jam iterum e Finmarchia rediens, per terras boreales, ut antea, iter instituit, ubi multa egregie disposuit. In hoc, ut in primo, missionis gratia suscepto, itinere, in Lapponum illuminatione nec non eorundem conversione omnes, adjuvante Deo, industriæ nervos intendit. Ipse Lapponibus non minus doctrina qvam vita præluxit, illis singulare præbens pietatis zeliqve exemplum.

Efter Hiemkomsten, som ikke skeede, forend i May-Maaned udi nestfølgende Aar 1719. paatog han sig den 5. Julii i samme Aar en Reyse til Kiøbenhavn, for at aflegge allerunderdanigst mundtlig Underretning om Missionens Tilstand, og beskikkede Conrectorem i Trondhiems Skole, Magister Hans Skanke, som siden blev Rector der samme steds, til at oppaarte i hans Fraværelse saavel Lectoratet, som Vicariatet. Ved Ankomsten til Kiøbenhavn erholdte han den høye Naade, at komme Hs. Kongelige Majestæt i Tale, og mundtlig indberette Missionens ønskelige Fremgang i Finmarken og Nordlandene, samt allerunderdanigst forestille, hvad ydermere til dens Befordring udkrævedes; hvorpaa Hs. Majestæt af en Høypriiselig Iver for Lappernes Siæles Beste, samt af en Høy-Kongelig Mildhed gav allernaadigst Tilsagn om, ey at spare nogen Omkostning, som Missions-Arbeydets fulde Drift udfordrede.

Post reditum menſe Maio anni proxime seqventis MDCCXIX., die 5 Julii ejusdem anni iter Hafniam ingressus est, rationem missionis coram explanaturus, Conrectore Scholæ Nidrosiensis, Magistro Johanne Skanke, qvi posthac spartam Rectoris ibidem obtinuit, ipso absente, partes tam Lectoris qvam Vicarii agente. Hafniam adventanti cum Sereniſſima Majestate Regia colloqvendi copia gratiosissime est concessa, qva usus, de exoptato missionis in Finmarchia terrisqve borealibus progressu coram retulit, simulqve sententiam suam de ulteriori illius prodidit commodo; qvo facto, Sereniſſima Majestas Regia laudabili pro salute Lapponum zelo, augustaqve benignitate permota, sumtus qvoscunqve, progressui missionis inservientes, erogare gratiosissime promisit.

Ao. Anno

Ao. 1724. i Junii Maaned, reyste Hr. von Westen atter til Nordlandene, og nu ikke mindre, end for, arbeydede paa Guds Riiges Tilvext.

Bemeldte viiser, at Missions-Verket efter Hoy-Kongelig Ordre drives af et Missions-Collegio i den Kongelige Residence-Stad Kiobenhavn, hvilket bestaaer af en Præside, nogle Assessoribus og en Secretaire, samt af en Hoytbemeldte Collegii Vicario i Norge, og af Missionairer.

Ordenen, i hvilken Præsides, Assessores, og Secretairerne udi Collegio de cursu Evangelii promovendo, fra sammes første Stiftelse af og lige indtil denne Tiid have fulgt paa hinanden ere følgende:

Præsides.

Hs. Excellence Hr. JOHAN GEORG von HOLSTEIN, Ridder af Elephanten og Hs. Kongelige Majestæts virkelige Geheime-Raad &c.

Hs. Hoy-Grevelige Excellence Hr. JOHAN LUDViG von HOLSTEIN, Greve til Lethreborgs Grevedomme, Ridder af Elephanten, Geheime-Raad i Geheim-Conseilet og Ober-Secretaire i det Kongelige Danske Cancellie &c.

Hs. Excellence Hr. OTTO THOTT, Ridder af Elephanten, Geheime-Raad i Geheim-

Anno MDCCXXIV. mense Junio ad terras boreales iterum rediit Dominus von Westen, incremento regni divini non minus ac antea invigilans.

Hæc allegata monstrant, opus missionis, jussu regio, sub Collegio Missionis in sede regia Hafniensi fervere, qvod e Præside, aliqvot Assessoribus, unoqve Secretario, nec non supradicto Collegii Vicario in Norvegia, & Misionariis consistit.

Series Præsidum, Assessorum & Secretariorum Collegii de cursu Evangelii promovendo, inde a prima Collegii institutione usqve ad hodiernum tempus ita se habet:

Præsides.

Illustrissimus & Excellentissimus Heros, Dominus *JOHANNES GEORGIUS ab HOLSTEIN*, ordinis Elephantini Eqves auratus; & S. R M. in Sanctiore Concilio Consiliarius &c.

Illustrissimus & Excellentissimus Heros, Dominus *JOHANNES LUDOVICUS ab HOLSTEIN*, Comes in Lethreborg, ordinis Elephantini Eqves auratus, S. R. M. in Sanctiore Concilio Consiliarius & Minister status intimus &c. &c.

Illustrissimus & Excellentissimus Heros, Dominus *OTTO THOTT*, ordinis

Geheim-Conseilet, og Ober-Secretaire i det Kongelige Danske Cancellie ꝛc.

Elephantini Eqves auratus, S. R. M. in Sanctiore Concilio Consiliarius & Minister status intimus &c. &c.

Assessores af Verdslig Stand.

Hs. Excellence Hr. **Wilhelm Mauritz von Busech**, kaldet **Münk**, Ridder, Hds. Majestæts Dronningens Ober-Hoff-Mester.

Hr. **Wilhelm Schrøder**, Hs. Kongelig Majestæts Conferentz-Raad.

Hr. **Hans Seidelin**, Hs. Kongelige Majestæts Conferentz-Raad, og Maitre des Requêtes i det Danske Cancellie.

Hr. **Andreas Høyer**, Hs. Kongelige Majestæts Etatz-Raad, Juris Utriusque Doctor og Professor Publicus Ordinarius.

Hr. **Enevold Falsen**, Hs. Kongelig Majestæts Conferentz-Raad, og Borgemester i Kiobenhavn.

Hr. **Christian von Holstein**, Greve til Lethreborg, Ridder, og Kammer-Herre ꝛc.

Hr. **Herman Lengerken von Klöcker**, Hs. Kongelige Majestæts Etatz-Raad og Vice-Borgemester i Kiobenhavn.

Hr. **Johan Finckenhagen**, Hs. Kongelige Majestæts Etatz-Raad.

Hr. **Abraham Falck**, Hs. Kongelige Majestæts Justitz-Raad og Raadmand i Kiobenhavn.

Assessores ex ordine civili.

Generosissimus & Excellentissimus Dominus *Wilhelmus Mauritius de Busech*, vocatus *Münch*, Eqves auratus, & in aula Serenissimæ Reginæ supremus Magister.

Dnus *Wilhelmus Schröder*, S. R. M. Consiliarius Conferentiarum.

Dnus *Johannes Seidelin*, S. R. M. Consiliarius Conferentiarum & Magister libellorum in Cancellaria Danica.

Dnus *Andreas Höjer*, S. R. M. Consiliarius status, Juris Utriusqve Doctor & Professor Publicus Ordinarius.

Dnus *Enevaldus Falsen*, S. R. M. Consiliarius Conferentiarum & Consul Hafnienſis.

Illustrissimus Dominus *Christianus ab Holstein*, Comes in Lethreborg, S. R. M. in Sacro cubiculo Parastata claviger &c. &c.

Dnus *Hermanus Lengerken von Klöcker*, S. R. M. Consiliarius status & Consul Hafnienſis.

Dnus *Johannes Finckenhagen*, S. R. M. Consiliarius status.

Dnus *Abrahamus Falck*, S. R. M. Consiliarius Justitiæ & Senator Hafnienſis.

Assessores
af den Geistlige Stand.

Hr. Hans Steenbuch, S. S. Theologiæ Professor publicus primarius og Assessor i Consistorio.

Hr. Jacob Lodberg, da Theologiæ Professor designatus, Sogne-Præst til vor Frue-Kirke i Kiobenhavn og Stifts-Provst i Siælland, siden Biskop over Fyens Stift.

Hr. Johan Frawn, Hs. Kongelige Majestæts Confessionarius og Hoff-Præst.

Hr. Peder Hersleb, Hoff-Præst, derefter Biskop over Christianiæ og tilsidst over Siællands Stift.

Hr. Marcus Wøldike, Theologiæ Doctor og Professor Publicus Primarius.

Hr. Erich Pontoppidan, som da var Hs. Kongelig Majestæts Hoff-Prædikant, siden Biskop over Bergens Stift, og tilsidst Pro-Cancellarius ved Universitetet i Kiobenhavn.

Hr. Enevald Ewald, S. S. Theologiæ Professor Extraordinarius, og Præst paa det Kongelige Wäysenhuus i Kiobenhavn.

Hr. Peder Rosenstand Goiske, Theologiæ Doctor og Professor ordin.

Hr. Friderich Qvist, første Kongelig Hoff-Prædikant.

Hr. Jacob Hee, Guarnisons-Provst og Sogne-Præst for Holmens Meenighed i Kiobenhavn.

Secretai-

Assessores
ex ordine Ecclesiastico.

Dnus *Johannes Steenbuch*, S. S. Theol. Professor primarius & in Consistorio Assessor.

Dnus *Jacobus Lodberg*, primum S. S. Theol. Professor designatus, Præpositus Siællandiæ Diœcesanus, & ad ædem divæ virginis, qvæ Hafniæ est, Pastor primarius; deniqve Episcopus Fionensis.

Dnus *Johannes Frawn*, S. R. M. a Confessionibus & concionibus Sacris.

Dnus *Petrus Hersleb*, concionator aulicus, deinde Christianiensis in Norvegia & tandem Siællandiæ Episcopus.

Dnus *Marcus Wöldike*, S. S. Theol. Doctor & Professor P. ordin.

Hujus favoris regii documenta mihi etiam, qvantumvis indigno, obtigere varia, nam primum Eccleſiæ Altenſis in Finmarchia occidentali Dioeceſeos Nidroſienſis Paſtor a Rege Friderico IV. glorioſiſſimæ memoriæ clementiſſime conſtitutus ſum, & annis ſex interjectis ad gubernationem coetus Augvaldsnæſenſis in Dioeceſi Chriſtianſandenſi, ita jubente Rege Christiano VI. glorioſisſimæ memoriæ, vocatus, huic officio annis XVIII. præfui, & ne hic qvidem ſubſtitit

18 Aar opvartede, og Høylovlig Ihukommelse Kong FRIDERICH d. 5te Allernaadigst haver beskikket mig til Docens i det udi Throndhiem stiftede Seminario Lapponico Friderician, hvilket Embede jeg i femten og et halvt Aar har betient, og vores nu regierende Stormægtigste og Allernaadigste Arve-Konge og Herre, Kong CHRISTIAN den Syvende, allernaadigst haver confirmeret mig i berørte Embede.

tit Auguſtiſſimi & clementiſſimi Regis, FRIDERICI V. glorioſiſſimæ memoriæ, gratia, qui annis prædictis in hac ſtatione peractis, Nidroſiam repetere juſſit, ut in novo, qvod auſpiciis & ſumtibus regiis ibi inſtituebatur, Seminario Lapponico, futuros Miſionarios, ut Profeſſor lingvæ Lapponicæ docens, inſtituerem; quod munus per XV, & quod excurrit, annos curare perrexi, ab hodierno Rege, CHRISTIANO VII. in eodem clementiſſime confirmatus.

Henſigten ved at have anfort nogle af de Beſværligheder, ſom en Finmarkiſk Miſionaire haver at beſtride, er at viiſe den Feyl, de i deres Tanker begaaer, der indbilde ſig, at en Miſſions-Tieneſte der paa Stædet kan lettelig afgiøres, og at Miſſionairen altſaa kommer let til Brød. Ingenlunde vil jeg ved Beſværligheders Mældelſe afſkrekke nogen fra at paatage ſig det til Guds Ære og Sieles Saliggiørelſe henſigtende Miſſions-Arbeyde, men vil langt meere, ſaa vidt til mig ſtaaer, give Opmuntring til dette høyvigtige af Landets fromme Fader foranſtaltede Verks frivillige Anfangelſe. Naar man haver Guds Ære og Menneſkers Omvendelſe fra Mørket til Lyſet, fra Satans Magt til Gud til Øyemeed, findes man, ſom ſkyldig, ſaa og gandſke beredvillig til at fordrage al den Møye, ſom derved kan forefalde, og gaaer med ſtørre Lyſt dertil, end andre til en Dantz. Jeg negter ikke,

Ceterum, qvæ de moleſtiis & incommodis, Miſionem Lapponicam comitantibus, commemorata ſunt, ea non ſcripſi mente, ut qvemqvam a ſalutari hoc & in converſione tot hominum procuranda unice occupato opere ſuſcipiendo deterrerem, ſed potius, ut ad hanc ingrediendam rationem auctor aliis ſvaſorqve eſſem, animumqve & calcar ad ulterius in ſanctiſſimo hoc & utiliſſimo negotio progrediendum, adderem. Enim vero, qvi gloriam Dei in tot animarum a tenebris ad lucem, a poteſtate Satanæ ad Deum, converſione promovendam unice reſpicit, næ, hæc & alia, qvæ ſe circumvenire poſſunt incommoda, parum curat, ſed puro & ſincero Chriſti oviumqve pretioſiſſimo ipſius ſangvine redemptarum amore incenſus, qvasvis moleſtias lætus adit, lætus ſuſtinet & ſuperat. Qvæ initio dura ſunt,

ikke, at jo de Ulejligheder, som møde ved Missions Arbeydet, komme noget fremmede og kummerlige for i det første; men efterdi Gierningen er Herrens, og Vanen desuden den anden Natur, varer det ikke længe, førend man frimodig og vel fornøyet finder sig derudi; uroest for Gud og Menneskene, kand jeg med Sandfærdighed sige, at jeg i den Tiid, jeg uværdig tiente ved den Finmarkiske Mission, levede saa fornøyet, som jeg nogensinde enten for, eller efter den Tiid haver levet i Verden; thi man finder Lapperne et bøyeligt, lærvilligt og velvilligt Folk, og møder ikke iblandt dem saadanne Fortrædeligheder og Sindets Forstyrrelser, som hos mange andre. Jeg drak i den Tiid det bare Vand med Snee udi, med saa stor Fornøyelse, som andre drikke Viin, kunde ikke heller i den Tiid slukke min Torst med nogen anden Slags Drik.

Missions Arbeydet er, som for er meldt, et høyvigtigt og berømmeligt Verk. De Høylovlige Danske Kongers Høy-priselige Nidkiærhed for Guds Ære og Menneskers Omvendelse fra Mørket til Lyset, fremskinner klarere, end Middags Solen, af den Ostindiske, Grønlandske og Finmarkiske Missions Stiftelse og Vedligeholdelse. Bør da ikke alle Lande under Solen, fra dens Opgang indtil dens Nedgang, billig prise og med Lov udbrede saadan de Stormægtigste og Allernaadigste Danske Kongers gudelige og brændende Iver? Men først og sidst være

ubi assveveris, sensim molleſcunt; & profecto (abſit omnis jactantia & vana coram Deo & hominibus gloriatio) confidenter ausim asserere, me, omni illo tempore, qvo pars aliqva Misſionis regiæ in hiſce oris eram, mea ſorte adeo contentum fuiſſe, ut nunqvam magis. Si cauſam qværis, præter multas alias & hanc accipe: eſſe Lapponibus ingenia adeo docilia, mitia & tractabilia, ut, qvæ in commercio cum aliis hominibus, ſua & aliorum opinione his multo politioribus, animum liberalem æqviqve amantem & juſti, haud raro offendunt, & ad iram ac indignationem irritant, inter Lappones verſanti non ſint metuenda. Fontana vino jucundius ſapuit; imo illa ſola ſitim ſedare potuit.

Ipſum Miſſionis regiæ negotium merito conſiderandum eſt ut res maximi momenti, & proinde omni laude & celebratione digniſſima. Enim vero, pius ille zelus, qvo pro gloria Dei, per regna ſua & ditiones propaganda, glorioſiſſimi trionum Reges flagrarunt, non clarius aliunde, qvam ex ſacra Miſſione, in utramqve Indiam, Groenlandiam & Lapponiam, inſtituta, eluceſcit, ob qvæ beneficia, Auguſtiſſimis Regibus ampliſſimæ laudes, ipſi vero Regum Regi, præpotenti cœli & terræ Domino, qvi

ſolus

være den Store Himmelens og Jordens Regentere, den Store Kongernes Konge, den Gud over alle Ting, som haver boyet Kongernes Hierte til saa helligt, priiseligt og forngdent Verk, ophoyet i Tiiden og velsignet i Evigheden! Himmelen og Jorden bor bevæges, alle Engle og Mennesker bor med Tak fremkomme for den Herres Ansigt, som er en stor Gud, og en stor Konge over alle Guder, og haver beviist, at ogsaa Biergenes Hoye hore ham til, ved at igiennem de Hoylovlige Danske Kongers Omhue for en Missions Stiftelse, lade sit Ords Lys antænde, og sit Ords Sæd udsaae iblandt de paa vilde Fielde omvankende Lapper, hvorved samme hos dennem har faaet saa god Frembyrt, at alle Christnes Hierter billig maae glæde sig, og at Biskopen over Tronhiems Stift, Doctor Eyler Hagerup fandt sig, da han visiterede i Finmarken, saa fornoyet, at hand, det jeg selv horte, i sin Beslutnings Tale efter Visitatzen udbrod med saadanne Ord: Jeg befinder de Unge, i sær Lappernes Ungdom, mere oplyste i Guds Kundskab udi denne Vraae af Verden, end paa de herligere Stæder. Jesus det sande Lys, som oplyser et hvert Menneske, som kommer til Verden, optænde og vedligeholde en levende Troes Lys i deres Hierter, at de, som fordum vare et Morke, stedse maae blive et Lys i HErren, omgaaes som Lysens Born, og lade deres Lys saa skinne for Menneskene, at de maae see deres gode Gierninger og priise deres Fader, som er i Himme-

solus corda Regum ad susceptionem glorioſissimi hujus operis movere & flectere potuit, honor & gloria æternum, debentur. Cœlum itaqve & terra in partes veniant! Angeli, hominibus sociati coram omnipotenti illo domino, magno illo Deo & Rege supra omnes Deos, venerabundi compareant, laudes illi & gratiarum actiones offerentes, qvi in sanctissimo hocce negotio clarissime demonstravit, cacumina montium, ut canit regius Psaltes, sua etiam esse, nam semen & lumen verbi sui inter Lappones, per aspera & inculta montium, per æternas nives & glacies vagantes, tam largiter spargere dignatus est, ut fructus inde prorsus insignes & læti provenerint, in cujus rei documentum coronidis loco subjungere liceat testimonium viri qvondam illustris & summe venerabiliis, Dni Hilarii Hagerupii, S. S. Theologiæ Doctoris & Dioeceseos Nidrosiensis Episcopi, qvi, visitatione coetus cujusdem in Finmarchia peracta, in hæc verba erupit: juventutem, inqvit, inprimis Lapponicam, majori doctrinæ coelestis luce & cognitione, in ultimo hoc terrarum angulo, qvam in aliis cultioribus locis, collustratam & imbutam deprehendi. Jesus Christus, qvi est vera mundi Lux, omnem hominem, in mundum venientem illuminans, veram vivæ & efficacis fidei lucem in eorum cordibus accendere & fovere porro dignetur, ut, qvi antea

Himmelen! Herren lade lyse sit Ansigt over dem, og være dem naadig i Tiden, og mætte dem med sit Ansigtes høytidelige Beskuelse i Evigheden! Herren give dem Hierter til at frygte Gud og ære Kongen, for hvis lykkalige, fredelige og langvarige Regimente, de med mig nedfalder for Guds Throne med ydmygelige Begieringer, Bønner og Forbønner!

tea meræ erant tenebræ, lux in Domino fiant, ambulent, ut filios lucis decet, faciantqve, ut lumen eorum coram hominibus splendeat, in æternam patris cæleſtis laudem & gloriam! Ipse Dominus Deus faciem suam super illos exsplendescere faciat, propitius illis sit, glorioſiſſimoqve faciei suæ intuitu æternum beet! Det illis Deus cor & animum se timendi & Regem honorandi, pro cujus felici, pacifico & diuturno imperio mecum coram throno æterni Regis genua flectant, supplicationes, precationes & interceſſiones offerentes!

Erich Johan Jeſſen-S.

Afhandling

Om

de Norſke

Finners og Lappers

Hedenſke Religion.

I. Indholdet.

§. 1. Anledning til denne Afhandling.
§. 2. Afgudernes Inddeling i viſſe Claſſer.
§. 3. Om Radien Atzhie og Radien Kiedde.
§. 4. Om Beiwe og de trende Ailekes.
§. 5. Om Maderatja.
§. 6. Om Maderakka.
§. 7. Om Lappernes Maade at tilbede og ofre forbenævnte Afguder.

§. 8. Om Horagalles.
§. 9. Om Uks- eller Juks-Akka, saa og om Sarakka.
§. 10. Om Lappernes Saiwo og Jabme-Aimo.
§. 11. Om Boeſkab og Dyr i Saiwo.

§. 12. Fortſettelſe om Saiwo.
§. 13. saa og om Aimo.
§. 14. Om Lappernes Hedenſke Daab, saasom deres Same-Nabma-Daab og Udde eller Adde Nabma-Daab.

Erici Joannis Jeſſen-S.

DE

FINNORUM LAPPONUMQVE NORWEGICORUM RELIGIONE PAGANA TRACTATUS SINGULARIS.

I. Conſpectus.

§. I. Tractatus hujus occaſio.
§. II. *Deorum Lapponicorum* in certas *claſſes* Diſtributio.
§. III. De *Radien Atzhie* & *Radien Kiedde.*
§. IV. De *Beiwe* & tribus *Ailekes.*
§. V. De *Maderatja.*
§. VI. De *Maderakka.*
§. VII. De ratione hoſce Deos adorandi & ſacrificiis placandi, paganis Lapponibus uſitata.
§. VIII. De *Horagalles.*
§. IX. De *Uks*-ſeu *Juks-Akka*, ut & de *Sarakka.*
§. X. De Lapponum *Saiwo* & *Jabme-Aimo.*
§. XI. De Supellectile & animalibus in *Saiwo.*
§. XII. Idem argumentum continuatur.
§. XIII. De *Aimo* diſſeritur.
§. XIV. De Baptismo Lapponum ethnico, videlicet de *Same-Nabma* & *Udde*-ſeu *Adde-Nabma*, *Baptismis.*

§. 15. Ceremonierne ved begge benævnte Slags Daab.

§. 16. Fortegnelse paa nogle Lappers Adde Nabma og Saiwo.
§. 17. Om Lappernes **Aftergang.**

§. 18. Om deres **Offere** og **Ofrings-Maneer.**
§. 19. Nogle særdeles Skikke derved.

§. 20. De egentlige **Ofrings-Ceremonier.**
§. 21. Om Noaaider og hvorledes de beskikkes.
§. 22. Om deres Rettigheder.
§. 23. Om deres Forretninger og Pligter.

§. 24. Om Lappernes **Overtroe i naturlige Ting** og de mange Slags **Afguder,** samme har givet Anledning til.
§. 25. Fortsettelse.

§. 26. Videre Fortsettelse.
§. 27. Deres **Ofringer** til samme Afguder.
§. 28. Lappernes Meening om **Tilstanden efter dette Liv.**

§. 29. Om deres epidemiske og indgroede **Lyder.**
§. 30. Om Lappernes **Frierier** og **Giftermaale.**
§. 31. Fortsettelse.
§. 32. Videre Fortsettelse; og endeligen:

§. 33. Om Lappernes **Dagvelgerie.**

§. XV. De cærimoniis & ritibus circa utrumqve huncce Baptismum observari solitis.
§. XVI. Descriptio *Adde-Nabma* & *Saiwo* qvorundam Lapponum.
§. XVII. De Lapponum *ad sacram Domini mensam accessione.*
§. XVIII. De eorum *sacrificiis* & ratione sacrificia offerendi.
§. XIX. *Ritus* qvidam *peculiares* commemorantur.
§. XX. *Ritus generales* describuntur.
§. XXI. De *Noaaidis* seu magis, eorumqve constitutione.
§. XXII. De horum privilegiis & juribus.
§. XXIII. De eorundem functionibus & officiis.
§. XXIV. De Lapponum in rebus naturalibus *superstitione*, ceu multorum Deorum origine & causa.
§. XXV. Idem argumentum continuatur.
§. XXVI. Ejusdem materiæ continuatio.
§. XXVII. De *sacrificiis*, hujusmodi Diis oblatis.
§. XXVIII. Lapponum de *statu hominis post mortem* sententia commemoratur.
§. XXIX. De *vitiis* hujus gentis epidemicis & inolitis.
§. XXX. De *nuptiis* Lapponum.

§. XXXI. Idem argumentum.
§. XXXII. Idem ulterius continuatur, & tandem.
§. XXXIII. De Lapponum *hariolationibus* & *sortilegiis* disseritur.

II. For-

II. Ex-

II. Forklaring

Over den Runeboms Caracterer, som ved hosfoyede Kobberstyk forestilles.

1. Radien Atzhie, betegnet under et enkelt Kors.
2. Radien Kiedde, betegnet under en Bygning med tvende Columner eller Stytter.
3. Maderatja, betegnet under en Mands Lignelse, krumliggende.
4. Beiwe, Solen med sine 4. Tommer, og derpaa staaende Ailekes, under Betegnelse af trende Kors. See No. 43.
5. Maderakka, staaende skraas under den nederste Solens Tomme.
6. Ibmel Ailes Wuoign, Gud den Hellig Aand.
7. Ibmel Barne, Guds Son.
8. Ibmel Atzhie, Gud Fader.
9. Horagalles eller Horesgudsk, betegnet under dobbelt Hammer.
10. En Lappisk Noaaid, vandt at fare til Jabme-aimo.

11. 12. 13. Offerdyr, Svin, Geed og Reen, som Rune-Bommen skulle giore Anviisning paa, ligesom Saiwo, eller nogen anden Gud vilde have.

14. Jabme-aimo.
15. Noaaiden-Dirri, som Noaaiden brugte, at sette imod afdøde Noaaider, i Jabme-aimo. See og No. 19.

16. Rutu, den onde Aand.

17.

II. Explicatio

Notarum & characterum in tympano runico, qvod hic in tabula ænea repræsentatur, obviorum.

1. *Radien Atzhie*, signo simplicis crucis denotatur.
2. *Radien Kiedde*, figura ædificii, binis columnis innitentis, designatur.

3. *Maderatja*, figura hominis incurvi jacentis repræsentatur.
4. *Beiwe* seu Sol, cum qvatuor suis habenis, iisqve insistentibus *Ailekes*, tribus crucibus denotatis. Vid. Num. 43.
5. *Maderakka*, sub infima solis habena constitutus.
6. *Ibmel Ailes Wuoign* ɔ: Deus Spiritus Sanctus.
7. *Ibmel Barne* ɔ: Deus Filius.
8. *Ibmel Atzhie* ɔ: Deus Pater.
9. *Horagalles* seu *Horesgudsk*, figura duplicis mallei denotatus.
10. *Noaaidus* seu magus Lapponicus, in regionem *Jabme-aimo* iter facere solitus.
11. 12. 13. *Animalia immolanda*, ut sus, capra & rangifer, qvæ tympanum ita indicanda habet, prout v l Saiwo vel alius qvispiam Deus, ea sibi in sacrificium forte popoſcerit.
14. *Jabme-aimo*.
15. *Noaaiden-Dirri*, qvem Noaaidus, aliis Noaaidis, in regione Jabme-aimo *defunctis*, opponere solebat. Vid. Num. 19.
16. *Rutu* seu cacodæmon.

17. Kumpi, Ulv, paa Norſk **Varg**, ſom Lapperne holdte for den **Ondes Hund**.
18. **Sturik**, en Heſt til Offer for Rutu, at han ſkulde ride bort.
19. Noaaiden-Dirri, ſom brugtes imod andre **levende** Noaaider. See No. 15.
20. Boemands, det er Norſke Folkes, Kirke.
21. Boemands Hiem.
22. Finmand eller Lappe i ſin **Kierreſt**, kiorende til Kirke, eller til Boygden, eller til Fields.
23. Sarakka.
24. Uks- eller Juks-Akka.
25. Lappens Akka eller Kone, ſom i Reengierdet haver at beſtille.
26. Reengierdet, hvori de ſamle og malke deres Reen.
27. Lappens og hans Families **Kuatte** eller Telt.
28. Sarakka Kuatte.
29. Lappens Stabbur, eller Spiiſeboe.
30. Birkelien, og Greſſelien, hvor Rensdyrene gaae i Græsning.
31. Gues, Gran-Skov.
32. Fieldet, udi hvilket Lappen paa ſine Tider ſidder med ſine Dyr.
33. Finne-Baad, ſom Lappen farer til Soes udi.
34. Naboe Lappers Kuatter, i ſamme Field.
35. Naboernes Rensdyr.
36. Majeg, Bæver.
37. Tyk og ſtor Gran-Skov, **Biørn-Land**.
38. Guouzhia, Biorn, ſom Lapperne kalde Guds **Hund**.
39. Nætte, Maar.

40.

17. *Kumpi* ɔ: Lupus, qvem pro Cacodæmonis cane habebant Lappones.
18. *Sturik*, eqvus, τῷ Rutu in ſacrificium deſtinatus, ut ejus opera eo citius diſcederet.
19. *Noaaiden-Dirri*, aliis Noaaidis, adhuc *vivis* opponi ſolitus. Vid. Num. 15.
20. *Bomandi*, i. e. habitatoris Norvegici *templum*.
21. *Bomandi* ɔ: habitatoris Norvegici *domicilium*.
22. *Ipſe Lappo*, prout in ſua traha ſeu *Kierreſt*, ad templum, pagum vel montem vehitur.
23. *Sarakka*.
24. *Uks-* ſeu *Juks-Akka*.
25. Ipſius Lapponis *Akka* ſeu uxor, in ſepto rangiferorum operi ſuo intenta.
26. *Septum*, qvo rangiferi ad mulctram coguntur.
27. Lapponis ejusqve familiæ *Kuatte* ɔ: *Tentorium*.
28. *Kuatte* ɔ: *Tentorium Sarakkæ*.
29. *Vaſarium* Lapponis.
30. *Colles*, gramine & arboribus betulinis conſiti, ubi rangiferi paſcuntur.
31. *Gues* ɔ: pinetum.
32. *Mons*, ubi Lappo cum rangiferis ſuis ſubinde conſidere ſolet.
33. *Scapha* Lapponica.
34. *Kuatter*, *Tentoria* Lapponum vicinorum, in eodem monte commorantium.
35. Lapponum vicinorum *rangiferi*.
36. *Majeg* ſeu caſtor.
37. Denſum pinetum ſeu *regio urſorum*.
38. *Guouzhia* ſeu urſus, qvem pro cane Dei habere ſolent Lappones.
39. *Nætte* ɔ: martes.

40.

40. Leib-Olmai, Skytte-Guden.

41. Saiwo, Lappens hellige Bierge.
42. Saiwo-Sarwa, Lappens Kæmpe-Reen.

43. Ailekes-Olmak, Helligdags Mændene, hver betegnet med et Kors. See No. 4.
44. Mubben-Olmak, onde Aander, som vilde giøre Lapperne Ont; paa Solens nederste Labikie No. 4. med dobbelt Kors betegnede.
45. Guelle seu Guarms, Noaaide-Ormen, som Noaaiden reiste til Jabme-Aimo med.

40. *Leib-Olmak*, Dii, rei venatoriæ præsides.
41. *Saiwo* seu montes Lapponum sacri.
42. *Saiwo-Sarwa*, rangifer, qvem Lappo in certamine aliis opponere solebat.
43. *Ailekes-Olmak*, Dii festorum, sua qvisqve cruce designati. Vid. Num. 4.
44. *Mubben-Olmak*, cacodæmones, Lapponibus nocere parati; qvi Num. 4. in infima solis habena signo duplicis crucis denotantur.
45. *Guelle* seu *Guarms*, piscis, angvis seu serpens, cujus ope Noaaidus in Jabme-Aimo iter faciebat.

Afhandling
Om
de Norske
Finners og Lappers Hedenske Religion.

§. 1.

Iden Afhandling, som jeg udi Aaret 1744., ved en vis Anledning, skred i det tydske Sprog under Titul: **Kurtze Nachricht von der Königlichen Dänischen Mission in dem Norwegischen Lapland** ꝛc., hvilken og derpaa blev strax indrykket i den 6te Tome af det saa kaldede **Dänische Bibliothek**, har jeg i visse Maader forbunden mig til, ligeledes at meddele Elskere af den Nordiske Kirke-Historie **Efterretning om de Norske Finners og Lappers Religion**, samt hvorledes i fordum Tiid med samme har været beskaffet, indtil bemeldte Mission udi Aaret 1714. tog sin Begyndelse. Fra denne Forbindelse havde jeg forlængst baade kundet, og ligesaa, efter derom giorte offentlig Erindring, vildet giore mig los ved mit Loftes Opfyldelse, dersom det ikke havde feilet paa Leilighed, at faae et saa lidet Skrift, som dette bliver, et eller andet bequemt Sted indrykket, efter at bemeldte Bibliothek ophorede med den 9de Tome.

Men, da mig nu for nogen Tiid siden er allernaadigst vordet anbefalet, at see til Trykken befordret Hr. Professor Leems nærvæ-

De
Finnorum Lapponumqve
Norvegicorum
Religione pagana
Tractatus singularis.

§. I.

Cum anno currentis seculi qvadragesimo qvarto, Tractatum qvendam, Germanice scriptum, & inscriptum: Kurze Nachricht von der Königlichen Däniſchen Mission in dem Norwegischen Lapland ꝛc. ꝛc., (qvod opusculum Bibliothecæ, ut vocatur, Danicæ Tomo VI. mox insertum fuit) certa occasione ediderim, Historiæ ecclesiasticæ borealis amatoribus fidem qvodammodo dedi, fore, ut relationem *de Finnorum Lapponumqve Norvegicorum religione*, qvalis nimirum ea fuit usqve ad annum hujus seculi decimum qvartum, qvo Missio regia, ad conversionem hujus gentis procurandam, instituta, initium cepit, similiter concinnarem luciqve exponerem publicæ. Fidem datam, de qva liberanda publice identidem admonebar, præstare & potui & certe volui, nec volenti qvicqvam defuit, præter commodam occasionem, ejusmodi opusculum, alii cuidam, majoris molis, operi inserendi; præsertim, cum Bibliotheca illa Danica, cui prius meum de rebus Lapponum opusculum insertum est, continuari dudum desierit, ultra Tomum sui IX^num^ non progressa.

Verum enim vero, cum non ita pridem hoc mihi negotii clementissime datum fuerit, ut præsentem *Finnorum & Lappo-*

nærværende **Beſtrivelſe over de Norſke Finner og Lapper**, ſom var Hans Kongelige Majeſtæt Haandſkreven tilſtillet, ſamt og lade ſtikke de Tegninger, ſom fulgte ved Skriftet, i Kobber; betiener jeg mig af denne gode Leilighed, at faae tillige bemeldte mit Løfte og Forſet fuldbyrdet: allerhelſt det har behaget Vor Videnſkabers **Beſidder, Elſker og Befordrer**, Hans **Excellence** Herr OTTO THOTT, **Ridder af Elephanten, Geheime-Raad i det Kongelige Geheime-Conſeil, Ober-Secreteret i det Danſke Cancellie**, med mere, under hvis Direction dette Verk kommer for Lyſet, at tillade og ſamtykke udi, at denne Efterretning maatte føyes til det ſtorre Skrift om ſamme Lapper, efterdi begges Indhold ſtaaer i megen noye Forbindelſe med hinanden, og i mange Ting kan tiene hinanden til Oplysning.

Efterretningerne ſelv ere uddragne af Miſſions Acterne, og endeel den berømmelige Lector von Weſtens egenhændige Breve, hvilke mig til dette Brug af det Høylovlige **Miſſions Collegio** gunſtigſt ere blevne meddelede. Men der iblandt har jeg fornemmeligen betient mig af, og for det meſte, ſaavidt Omſtændighederne har villet tillade det, fulgt et Udkaſt, ſom afgangne Mag. Hans Skanke, fordum Rector ved Trundhiems Cathedral Skole, en tro Medhielper af den brave von Weſten, har alt for mange Aar ſiden i Pennen forfattet, og tilſendt høybemeldte **Collegio**; ſaa at alt, hvad her er fremfort, grunder ſig i det mindſte paa troeværdige, og om Sagen kyndige Mænds Relationer og Archiv-Documenter.

Som

Lapponum Norvegicorum deſcriptionem, Sacræ Regiæ Majeſtati, ab auctore ſuo, Domino Profeſſore *Læmio*, in Mſc. humillime dedicatam, typis evulgandam, iconesqve, operi paſſim inſertas, æri incidendas curarem, oblatam opportune occaſionem, fidem datam liberandi, tanto avidius arripui, qvanto liberalius & gratioſius Illuſtriſſimus atqve Excellentiſſimus Dominus, Dominus *Otto Thott, Ordinis Elephantini Eqves auratus, S. R. M. in Sanctiore Concilio Miniſter & Conſiliarius ſtatus intimus, ſupremus in Cancellaria Danica Secretarius, reliqva*, literatiſſimus Heros, literarumqve ac ſcientiarum fautor & promotor ſummus, cujus ſub auſpiciis opus hocce in lucem prodituram eſt, aſſenſum dedit, ut hæc relatio, majori de iisdem Lapponibus operi tanqvam Supplementum, adjungeretur, utroqve ſcripto amice conſpirante, &, ob argumenti affinitatem, lucem ſibi mutuam affundente.

Ipſam vero relationem qvod attinet, ſcias velim, benevole Lector, ex authenticis eam regiæ Miſſionis actibus, variisqve celeberrimi *Weſtenii*, *νῦν ἐν ἁγίοις*, literis, qvas mecum, ad faciliorem atqve expeditiorem præſentis inſtituti executionem, *illuſtre Collegium*, qvod *de curſu Evangelii promovendo* nomen habet, communicare dignatum eſt, hauſtam eſſe, ita tamen, ut Typum illum, qvem vir qvondam Clariſſimus, M. *Jo. Skanke*, Scholæ cathedralis Nidroſienſis, dum viveret, Rector, beati Weſtenii familiaris & in opere Miſſionis promovendo fidus adjutor, olim deſignavit, deſignatumqve alte memorato Collegio in Mſc. transmiſit, pro inſtituti ratione & qvoad fieri potuit, præcipue ſeqvutus ſim; unde liqvet, totam, qvam

ſiſto,

Som det og ellers har behaget **Hans Kongelige Majestæt** allernaadigst at befale, at bemeldte Herr Professor Leems Skrift skulde oversettes i det **Latinske Sprog**, som skulde trykkes ved Siden af det Danske, for saaledes at deelagtiggiore end og udenlandske Lærde i saa besynderlige Efterretninger om **Sine** Norske Lapper; saa har vor lærde Herr Eiler Hagerup, **Doctor i den Hellige Skrift, og Sogne-Præst til Arendal udi Christiansands Stift i Norge**, ey allene villigen paataget sig saavel Skriftets og **Hans Høyærværdighed Herr Biskop** Gunneri **Anmerkninger** derover, som og denne Afhandlings Oversettelse; men og fuldfort den saa noye og net, som Gierningen selv til oyensynlig Velbehag i begge Deele udviser.

§. 2.

Det **væsentlige Indhold af den Lappiske Over- og Vantroe** lader sig begvemmeligen indele i følgende fire **Classer**, som ere indrettede efter den Orden, som Lapperne selv have tillagt deres formeente Guder, af hvilke de troede, at nogle skulle være:

1) **Wæroldiske** eller **Overhimmelske**; Saadanne vare: Radien-Atzhie og Radien-Kiedde.

2) **Himmelske**, som de bestemmede at boe i **Himmelen**; saasom: Beiwe og Ailekes eller Ailekes Olmak.

3) **Underhimmelske**, som skulde opholde sig i **Lufren**; og af dennem een **aller-øverst**

sisto, relationem, ita comparatam esse, ut fidem suam idoneorum documentorum auctoritate ubiqve tueri qveat.'

Præterea, cum *Sacræ regiæ Majestati* clementissime placuerit, ut laudatum Domini Professoris *Læmii* de Lapponibus opus in latinam qvoqve converteretur lingvam, versione latina juxta Textus Danici latus simul imprimenda, eum in finem, ut mores ac instituta gentis, regio suo sceptro subjectæ, exteris qvoqve melius & plenius, qvam unqvam antea, perspecta forent & explorata, versionis, tam ipsius Historiæ, eoqve pertinentium annotationum a S. V. Domino Episcopo *Gunnero* adjectarum, qvam hujus mei Tractatus adornandæ, laborem, haud invitus in se suscepit & perfecit Dominus *Hilarius Hagerup, S. Theologiæ Doctor & Ecclesiæ Arendalienſis in Norvegia Pastor primarius.*

§. II.

Qvicqvid superstitionis & ἀπιστίας inter Lappones olim viguerit, in *qvatuor* potissimum *classes*, juxta ordinem, qvem in commentitiis suis Numinibus ordinandis & distribuendis ipsi Lappones observarunt, commode referri potest; ex hujusmodi enim Diis alii fuere

I. *Wæroldici* seu *supra-cœlestes*, qvales erant *Radien-Atzhie* & *Radien-Kiedde.*

II. Alii *cœlestes*, qvi ipsum cœlum inhabitare credebantur, ut *Beiwe* & *Ailekes* seu *Ailekes-Olmak.*

III. Nonnulli erant *sub-cœlestes*, in *aëre* sedem nacti, qvos inter eminebat

Ma-

øverſt i Luften, tæt op under Himmelen og Solen, nemlig Maderatja: Nogle i den middelſte Luftſtrekning, ſom Maderakka og Horagalles: Men andre nederſt i Luften, nær og omkring dem paa Jorden, for at være dem til Tieneſte; dertil hørte de mange Akker, ſaaſom: Sarakka, Uks- eller Juks-Akka.

4) Underjordiſke, af hvilke nogle meentes at holde til nær under Jordens Skorpe eller Udſide, hvor Saiwo, og de derudi boende Saiwo-Olmak med flere, ſkulde findes: Andre derimod i dens Inderſte eller Afgrund, hvor Rutu, Fudno, Mubben, Paha-Engel, og Jabmekerne ſkulde have deres Tilhold.

Diſſe Afguder finder man paa deres Rune-Bomme, eller Hexe-Trommer, betegnede med adſkillige ſærdeles Merker, tilligemed Afregninger af adſkillige Dyr og andre Ting: Dog er det ſaa langt fra, at de paa alle Rune-Bomme findes enten alle, eller eens og lige tegnede, at der tvertimod findes en merkelig Forſkiel imellem faſt alle, altſom enten Eyeren eller Noaaiden haver havt ſtørre eller mindre Indſigt i Kunſten. Ikkun de almindelige Characterer, ſaaſom: Beiwes, Ailekes, Radien-Kieddes, Akkernes, og andre deres Handteringers Merker, findes paa alle Rune-Bomme uden Forſkiel; thi der var ingen Lappe eller Finne til, ſom jo, før Miſſionen, tog Deel i den Overtroe ſom ved diſſe Characterer bemerkes.

Da

Maderatja, ceteris præſtantior, qvi & ideo in *ſuprema* aëris regione, cœlo & ſoli proximus, habitare credebatur. Qvidam ex hac claſſe, ut *Maderakka* & *Horagalles* in *media* aëris regione ſedem habere fingebantur; reliqvis, ut *Sarakka*, *Uks-* vel *Juks-Akka*, in *infima*, terræqve proxima aëris regione, collocatis. Hæc Numina terram propius eo conſilio habitaſſe credebantur, ut hominibus, opem implorantibus, tanto commodius & facilius ſuccurrere poſſent.

IV. *Subterranei* alii, qvorum nonnulli ſub *extima* telluris *ſuperficie* ſedem nacti erant. Huc *Saiwo* & *Saiwo-Olmak*, cum pluribus aliis, pertinebant; reliqvis autem, ut *Rutu*, *Fudno*, *Mubben*, *Paha-Engel* & *Jabmechiis*, in ipſis terræ *viſceribus*, domicilia obtigerunt.

Deorum, modo memoratorum *effigies*, in *tympanis* Lapponum *runicis*, inter reliqvos characteres & notas, depictas reperire licet, notabili tamen cum diſcrimine, cum unicuiqve fere tympano peculiares ſui ſint characteres ac notæ, cujus differentiæ cauſam non aliam eſſe puto, qvam qvod hic vel ille *Noaaidus*, vel tympani poſſeſſor, in Theologiæ ſuæ myſteriis, magis vel minus forte verſatus fuerit. Ceterum, effigies *tẽ Beiwe*, *Aileke*, *Radien-Kiedde*, *Akkarum*, aliarumqve, qvibus qvotidie aſſueverant, vulgarium rerum notæ & ſigna, characteres erant, omnibus, ſine diſcrimine & exceptione, tympanis communes; enim vero, ſatis, opinor, notum eſt, ante tempora Miſſionis, ne unicum qvidem extitiſſe Lapponem vel Finnum, qvi ſuperſtitionibus, per memoratos

Da derfor salig Lector von Westen har holdet den Runebom, som forestilles ved foreſtaaende **Robberſtik**, for den fuldſtændigſte, ham er forekommen; saa har jeg ikke vildet undlade sammes Afbildning herved at meddele, for at see den fra Undergang beværet for Eftertiden, allerhelſt da jeg befrygter, at Originalen vel kan have været iblant de **halvfierdeſindstive** Rune-Bomme af adſkillig Slags, som velbemeldte Lector Tid efter anden skal have nedsendt til meer **høybemeldte Collegium** her i **Kiøbenhavn**, udi hvis Archiv paa det Kongelige **Wayſenhuus** den nu i Fior ved Døden afgangne Rector Joh. Chriſtoph Cleffel i **Tønningen** bevidner at have seet og undersøgt dem alle. S. hans Antiqvitates Germanorum, potiſſimum ſeptentrionalium, ſelectas. 1733. 8. pag. 413. Men ifald saa er, hvilket saa meget mindre kan drages i Tvil, som samme lærde Mand udi Aaret 1752. da jeg besøgte ham i Tønningen, selv har fortalt mig adskillige Omstændigheder om bemeldte Rune-Bomme; saa ere de dog alle, i Kiobenhavns store Ildebrand 1728. tillige med Wayſenhuſet selv, og den beſte Deel af Staden, af Ilden fortærede, efterdi der for nærværende Tiid, ja siden Wayſenhuſet igien efter Ildebranden er blevet opbygget, paa dets Bogsal ikke findes uden en eeneſte Runebom, om hvilken ikke vides, enten den der har været for Ildebranden, eller siden, er bleven indsendt. Dette sidſte skulle jeg dog helst troe, ligesaa og, at den har været sal. von Westens egen Runebom, efter Eyerens Død nedsendt, efterſom de adskillige Characterers Navne, som findes vedtegnede, unegteligen ere skrevne med den salig Mands egen Haand, som jeg gandske noye kiender.

§. 3.

iſtos characteres denotatis, saltem ex parte, deditus non fuit.

Et qvoniam *tympanum* iſtud *runicum*, qvod in ære hic exhibetur, omnium, qvæ ſibi unqvam viſa fuere, perfectisſimum & abſolutisſimum judicavit b. Weſtenius, facere non potui, qvin ejusdem iconem in ære exprimendum curarem, ut ejus saltem effigies & umbra hac ratione ab interitu vindicetur; & tanto qvidem magis, qvanto certius ſuſpicor, fuiſſe illud ex *ſeptuaginta* iſtis unum, qvæ, cum honore ſæpius nobis nominatus Dominus *Weſtenius*, alte memorato Collegio, per varias occaſiones transmiſiſſe dicitur, in cujus Archivo, qvod in *Orphanotrophio regio* Hafnienſi aſſervatur, ſuperiore anno pie defunctus Rector Tönningenſis, *Joan. Chriſtoph. Cleffelius*, ſingula ſe vidiſſe & perluſtraſſe, in ſuis *Antiqvitatibus Germanorum, potiſſimum ſeptentrionalium, ſelectis* MDCCXXXIII. 8vo. pag. 413. teſtatus eſt. Qvod ſi vel maxime ſe ita habeat, uti ſe omnino habere, vel ex eo colligi poteſt, qvod laudatus vir doctus, cum eum anno hujus ſeculi qvinqvageſimo ſecundo Tönningæ inviſerem, multa prorſus ſingularia de tympanis iſtis mihi narraverit, omnia tamen, qvotqvot fuere, funeſto illo incendio, qvo ipſum Orphanotrophium regium, ubi aſſervabantur, cum potiore metropoleos hujus parte, anno currentis ſeculi viceſimo octavo, in cineres conſedit, haud dubie periere, ſiqvidem in muſæo Orphanotrophii, poſt fatale incendium reſtaurati, nullum hujusmodi tympanum hodie reperire licet, unico duntaxat excepto, de qvo non conſtat, utrum ante incendium ibi fuerit, an vero poſtea illatum; omnibus tamen rite ponderatis, facile adducor,

§. 3.

Af de wæroldiske eller overhimmelske Guder, var Radien-Atzhie den Allerhoyeste og Storste; Han betegnes, som paa Kobberstikket No. 1. med et enkelt Kors, staaende over Radien-Kiedde, som er No. 2. Om denne Radien-Atzhie troede Lapperne, at han regierede med en uindskrænket Magt og Myndighed baade over Himmel og Jord, ja over alle andre Guder, og over Lapperne selv, med alt det som er paa Jorden. Derfor have de og givet ham Navnet Radien, hvilket betyder Magt og Vælde, og dertil foyet det Ord Atzhie, som betyder Kilde og Udspring, i den Indbildning, at alle andre Guders Magt veldede ud af ham.

Radien-Kiedde, No. 2. som de og kalde Rarara-Kied, sagde de at være en Son af Radien-Atzhie, og forestillede ham under Betegning af en stor Bygning, hvis Stytte-Rader paa begge Sider skulde bemerke hans begge Hænder, ved hvilke han giorde, og formaaede, lavede og styrede alle Ting. Ikke des mindre var Radien-Atzhie saa hellig og herlig blant Lapperne, at de ikke fordristede sig til, at opfinde eller give ham et andet Navn; Hans eeneste Son Radien-Kied-

adducor, ut credam, post incendium demum fuisse transmissum, & qvidem post fata Lectoris *Westenii*, ad cujus musæum haud dubie pertinuit; id qvod colligi posse videtur ex adjectis variorum characterum nominibus, propria ipsius b. Possessoris manu exaratis, cujus scripturam & literarum formas probe perspectas habeo, & ab omnibus aliis dignosco.

§. III.

Deorum *Wæroldicorum* seu supra-cœlestium, supremus & maximus erat *Radien-Atzhie*; hic Deaster in adjecta *Tabula ænea*, Num. 1. figura crucis simplicis, super *Radien-Kiedde*, Num. 2. collocata, denotatur. Huic *Radien-Atzhie*, in cœlum, terram, qvin etiam in omnes reliqvos Deos, in ipsos præterea Lappones totumqve hoc universum, absolutum prorsus & ἀνυπέυθυνον imperium superstitiose tribuebant, qvæ etiam causa erat, cur nomen *Radien*, summam facultatem & potentiam significans, illi inditum fuit, addito agnomine *Atzhie*, fontem & scaturiginem denotante, ut liqvido constaret, potestatem & virtutem qvantamcunqve, qva cetera pollebant Numina, ab illo solo, seu primo fonte & scaturigine, unice derivandam esse.

Radien-Kiedde, Num. 2. alias *Rarara-Kied* nuncupatum, filium τῦ *Radien-Atzhie* esse fingebant. Hunc repræsentabant sub emblemate magni cujusdam ædificii, cujus columnæ, ad utrumqve latus in seriem dispositæ, ambas Deastri manus, qvibus omnia efficere posse credebatur, significaturæ essent. Nihilo tamen secius, ipse *Radien-Atzhie* tanto in honore & veneratione apud omnes Lappones erat, ut nullum ei Numen simile

Kiedde, maatte end og anſee og ære ham, ſom en Helligdom. Radien-Atzhie, ſagde de, ſkaber egentligen ſelv intet, men derimod virker han i ſin Søn Radien-Kiedde en ſaa ſtærk Kraft, at denne ſkaber og frembringer alle Ting, og diſſe begge byde og befale over alle andre Guder, være ſig endogſaa Beiwe, Ailekes, Maderatja, Horagalles, Akkerne eller Saiwo, hvilke alle de dog holdte for hellige og gode; ja endog ydermere over Rutu, og de andre underjordiſke Guddomme, ſom de holdte for at være af et ont og dievelſk Væſen; End mere, de troede dette tillige, at Radien-Atzhie ſtyrede ogſaa Radien-Kiedde, og ved ham virkede alle Ting, og at ham til den Ende var given ſaa megen Magt, at Radien-Atzhie kunde ved Radien-Kiedde frembringe og opholde alle Ting: Dog udrettede Radien-Kiedde intet, uden ved og formedelſt den ham forlenede og betroede Kraft og Tilladelſe.

aut ſecundum haberetur, nec ullum aliud nomen, qvo indigitaretur, fingere & illi imponere liceret. Adjiciebant præterea, unicum, qvem habebat, filium, *Radien-Kiedde*, illum qvoqve venerari & religioſe colere teneri: ipſum qvidem *Radien-Athzie* nihil creare, ſed eam vim & potentiam in filio, *Radien-Kiedde*, producere, ut ille, qvæ factu opus eſſent, efficere poſſet: binos hoſce Deos omnibus reliqvis, ipſiqve *Beiwe*, *Ailekes*, *Maderatjæ*, *Horagalles*, *Akkis* vel *Saiwo*, qvos omnes & ſingulos, ut Deos bonos ac ſalutares, eximia religione colebant Lappones; &, qvod magis eſt, ipſi etiam *Rutu*, aliisqve ſubterraneis Deaſtris, qvos tamen pro malis & maleficis habebant, imperare & jura ponere: ipſum tamen *Radien-Kiedde*, imperio *tñ* *Radien-Atzhie* ſubeſſe, nec qvicqvam, niſi per virtutem & potentiam, ſibi ab eo communicatam, efficere poſſe.

§. 4.

Til den anden Claſſe henregnes Beiwe med ſine Ailekes-Olmak. Beiwe, ſom betyder Solen, finder man almindeligen paa alle Rune-Bomme betegnet ved en Firkant, ſom ſees No. 4. ſaaledes: at enhver Vinkel haver ſin egen Vey eller Tømme, kaldet Nelja Beiwe Labikie, ſom gaaer ud fra Solen lige med de fire Verdens Kanter, for dermed at betegne, at Solens Virkning og Kraft ſtrekker ſig over den ganſke Verden.

Paa tre af diſſe Labikier ſtaae Lappernes trende Ailekes eller Ailekes-Olmak, d. e. Helligdags-Mænd og Guder, hvilke de for deres Helligheds ſkyld have betegnet hver med et Kors, nemlig: paa den forſte Labikie

§. IV.

Ad *ſecundam claſſem* pertinet *Beiwe* cum ſuis, ſic dictis, *Ailekes-Olmak*. *Beiwe*, qvi ſolem ſignificat, in omnibus tympanis conſpicitur, figura qvadrilatera adumbratus. vid. Num. 4, ita ut qvivis figuræ angulus ſuam habeat viam ſeu habenam, *Nelja Beiwe Labikie* dictam, ab ipſo ſole, in qvatuor mundi cardines directam, qvo qvidem emblemate vim & virtutem ſolis, per totam hujus univerſi fabricam exporrectam & ſeſe exſerentem, denotari volunt.

In tribus harum habenarum depicti cernuntur tres Lapponum ſic dicti *Ailekes* ſeu *Ailekes-Olmak*: Feſtorum ſeu dierum ſacrarum Divi, qvos ſingulos ob eximiam eorum ſanctitatem figura *crucis* denota-

Labikie eller Tomme No. 43. a. staaer Buorres- eller Sodno-beiwe-Ailek eller Guddommen for **Søndagen**, hvilken Dag de ansaae for den fornemmeste og kraftigste til at holde Trold-Messer paa, naar Runer eller Jagt skulde anlegges: Paa den anden No. 43. b. sees Lava-Ailek eller **Løverdags** Gud, hvilken Dag skulde være den kraftigste nest efter den forige: Og paa den tredie No. 43. c. findes Fried-Ailek, eller Gudinden for **Fredag**, hvilken vel og holdtes hellig, som en fornemme Rune-Dag, dog ikke saa hoy, som de tvende forige.

§. 5.

Den **tredie Classe** indbefatter alle **Luft-Væsener**, af hvilke Maderatja, No. 3. er den som har Tilhold **allerøverst** i Luften, tæt op under Himmelen. Hans Merke eller Tegn findes ikke paa alle Lappers eller Finners Rune-Bomme, thi ret at kiende ham, kom allene de ret kyndige Noaaider eller Troldmænd til, men paa dem som have det, sees det paa adskillige Maader udtrykket: Paa nogle i Dannelse af en Cirkel, paa andre i Skikkelse af en Trekant, og atter paa andre som en Sexkant; her paa Kobberstikket betegnes han under en Mands Lignelse krumliggende: Nogle undte ham Plads ved Radien-Kiedde i en Skraastreg af Solen, som vender sig lige til Radien-Atzhie, saaledes: at fra Maderatjæ Aabning gaaer en krum Vey eller Gang hen til Solens overste Labikie eller Tomme: Andre derimod sette ham, som her, i en lige jevnsides Linie med Solens Tomme, og lade ham frie Vey og Udgang didhen.

notabant. Sic in prima *Labikie* o: habena, Num. 43. a. occurrit *Buorres-* seu *Sodno-beiwe-Ailek* seu Divus *diei solis*, qvem sacris suis magicis, cum nempe actiones runicæ vel venationes suscipiendæ essent, maxime idoneum & efficacissimum judicabant: in secunda *Labikie*, Num. 43. b. visitur *Lava-Ailek*, seu Deus *diei Saturni*, post dominicam præcipuæ; & in tertia deniqve, Num. 43. c. *Fried-Ailek*, seu Dea *diei veneris* depingitur, qvem diem sacris runicis etiam dedicabant pagani Lappones, minore tamen cum religione & cerimonia, qvam duos priores.

§. V.

Tertia classis omnia entia *aërea* complectitur, ex qvibus *Maderatja*, Num. 3. in *suprema* aëris regione sedem nactus est, cœlo proximam. Signum hujus Deastri non qvidem in omnibus Finnorum Lapponumqve tympanis occurrit, qvia non omnibus, sed solis *Noaaidorum* peritissimis, illum illiusqve mysteria cognoscere datum est. Ceterum, signum ejus, sicubi forte reperitur, variis modis exprimitur, nunc per figuram circuli, nunc per triangulum, alibi aliter; in *Tab. ænea*, qvæ hic exhibetur, incurvi hominis jacentis speciem refert. Dantur, qvi prope *Radien-Kiedde* locum huic Deastro assignant, linea obliqva, a Sole, τῷ *Radien-Atzhie* obverso, ducta, ita ut ab apertura *Maderatjæ* usqve ad supremam solis habenam, via directa sit. Alii contra, qvemadmodum hic fieri observatur, illum collateraliter juxta solis habenam stantem depingunt, liberam ei viam & exitum illuc concedentes.

Denne Maderatja skulde, som Oldefædrene i den Lappiske Religion holdte for, giore tillige med Solen, meget til alle levende Creaturers Afvngling, og bekomme oven fra ved Radien-Kiedde Kraft til ved Solen at meddele Liv og Bevægelse til alle de Ting, som ere under Solen.

§. 6.

Fra Solens fierde og nederste Labikie eller Tomme gaaer en Tverstreg eller Vey, som viser lige hen til Maderakka No. 5. hvilken Lapperne udgave for at være forbenævnte Maderatjas Ægte-Qvinde: Men hun skulde have sit Tilhold i den **middelste Luftstrekning.**

Hvad som nyeligen er blevet sagt om Maderatja, som hendes Mand, nemlig: at han oven fra ved Radien-Kiedde skal have faaet Kraft til ved Solen at meddele Liv og Bevægelse til alle de Ting, som ere under Solen, sagde Noaaiderne, var gaaet saaledes for sig: Radien-Kiedde bekom fra Radien-Atzhie den Magt og Naade, at kunde skabe Siele og Aander. Saasnart han derpaa havde frembragt en Siel, sendte han samme til Maderatja, som efter Radien-Kieddes Befaling bragte den til hans Qvinde Maderakka, og det paa følgende Maade: Han brekkede sin Vom eller Mave, som derfor stod aaben, tog saa Sielen, og foer dermed runden om Solen, igiennem dens Labikier, fortsatte derefter sin Reise fra nederste Labikies Tverstreg lige til sin Kone Maderakka, hende overleverede han da Sielen, hun tog den til sig, og skabte et Legeme til og om den samme.

Skulde

Hic *Maderatja*, si priscos veteris Theologiæ Lapponicæ mystas audias, una cum sole, ad omnium animantium sobolem procreandam, suo concursu multum confert, virtute & potentia, vitam & motum omnibus sub sole rebus, communicandi, a *Radien-Kiedde* concessa.

§. VI.

A qvarta seu infima solis habena, linea seu via transversa, ducitur ad *Maderakkam*, Num. 5. qvam *Maderatjæ* conjugem fingebant Lappones, ita tamen, ut sedem illi in *media aëris regione* assignarent.

Qvod de *Maderatja*, tanqvam hujus Deæ marito, nuper memoratum est, eum scilicet, una cum sole, virtutem & potentiam, vitam & vim omnem vegetabilem rebus qvibusvis communicandi, superne a *Radien-Kiedde* accepisse, id *Noaaidi*, seu artis magicæ Magistri ita explicant: *Radien-Kiedde*, a Deorum omnium principe, *Radien-Atzhie*, facultatem, animas creandi impetrasse, crearam vero a se animam mox tradidisse *Maderatjæ*, qvi, a *Radien-Kiedde* ita jussus, eam ad uxorem suam *Maderakkam* deportaturus erat, & qvidem hac ratione: facto, & postea patente stomacho, animam, sibi commissam sumpsisse, sumptamqve circa solem, per omnes ejus *Labikias* seu habenas iter faciendo, secum portasse, donec eandem, per transversam ultimæ habenæ lineam proficiscens, ad uxorem suam *Maderakkam* rite detulisset, qvæ traditam sibi a marito animam, corpore, a se formato, confestim circumdatura erat.

Si

Skulde nu af dette Legeme blive en **Dreng**, sendte Maderakka samme videre fort til Uks- eller Juks-Akka, No. 24. som ellers og kaldes Stauke-Edne, eller Stilko-Edne, d. e. en Barsel-Smerte- eller Barne-Moder; skulde det derimod blive et **Pigebarn**, overleverede Maderakka Barnet til Sarakka No. 23. paa det hun skulde begave det med en Qvindes Natur: Men uagtet Barnet havde saaledes været enten hos Juks-Akka, eller Sarakka, tog dog den, som det først var sendt til, det i sit Liv igien, og paa den Maade dannede det. Og naar dette var skeet, bragte den det hen til den Qvinde, som dermed skulde blive frugtsommelig, og føde det til Verden. Denne Sag blev nu saavel forrettet, at de onde Guder Fudno, Rutu, Paha-Engel, eller Mubben-Olmai ikke vare i Stand til at legge den noget Stød eller Hinder i Veyen.

Si proles, ex istoc corpore formanda, *masçula* futura esset, *Maderakkam* eam ad *Uks-* vel *Juks-Akkam*, Num. 24. qvæ alias *Stauke-Edne*, vel *Stilko-Edne*, i. e. dolor parturientis vel puerpera, dicebatur, illico transferendam curasse; Sin vero *fœminina* foret, *Sarakkæ*, Num. 23. tradidisse, cujus esset, naturam illi fœmineam prospicere: Sed vero, sive hujusmodi fœtus apud *Juks-Akkam* fuerit, sive apud *Sarakkam*, tamen, qvæ prior sibi transmissam accepit, utero suo iterum inclusum tamdiu fovisse, donec perfecte formatus esset, qvo facto, ad eam detulisse mulierem, qvæ eo gravidanda erat & suo tempore paritura. *Noaaidi*, fabulam narrare pergentes, confidenter asserunt, totum hocce negotium tam celeriter & feliciter procedere, ut cacodæmones seu mali Dii, qvales erant *Fudno*, *Rutu*, *Paha-Engel* vel *Mubben-Olmai*, nulla vel vi vel dolo illud impedire vel prohibere potuerint.

Andre Noaaider forklarede dette paa andre Maader; thi efter deres Mening vare Radien-Atzhie, og Radien-Kiedde ikkun een Person, nemlig Ibmel d. e. Gud: men han skulle have en Kone, som kaldtes Sergue-Edne, og den havde han givet Magt, at skabe Menniskets Aand, hvilken han derpaa forte til Maderakka, paa det at denne skulde skabe et Legeme derom. Ellers troede Lapperne ogsaa, at Radien-Atzhie ligeledes, formedelst Radien-Kiedde eller Sergue-Edne, beredte og skabte Reens- og andre Dyr, hvilke ligesom de forige passerede Akkernes Legemer: Hvorover de og tilskreve Maderakka, Uks-Akka og Sarakka al Frugtbarhed saavel hos Dyr som Mennesker.

Alii ex hoc grege rem aliter explicant, contendentes, *Radien-Atzhie* & *Radien-Kiedde*, unum eundemqve esse, nempe *Ibmel* i. e. Deum; eundem tamen uxorem qvoqve habere, *Sergue-Edne* nuncupatam, cui facultatem dedit, spiritum hominis formandi, animam vero, ab ea creatam mox tradidisse *Maderakkæ*, corpore circumdandam. Addebant præterea, *Radien-Atzhie*, ope τῆ *Radien-Kiedde*, vel etiam τῆς *Sergue-Edne*, Rangiferos, aliaqve hujusmodi animalia, creasse, qvibus, qvemadmodum de infantibus supra commemoratum est, per *Akkarum* corpora transeundum erat; hinc *Akkis* istis, ut *Maderakkæ*, *Uks-Akkæ* & *Sarakkæ*, omnem fœcunditatem, tam hominum, qvam ceterorum animalium, acceptam ferre solebant Lappones.

Heraf

Hinc

Heraf sees Aarsagen til at Sarakka er blant Lapperne bleven anseet for en saa stor og mægtig Gudinde, og dagligen paakaldet frem for nogen af de andre, ja og tilbedet og æret næsten ved hver Mundfuld Mad, ved hver Drik Vand eller Brændeviin, men i Besynderlighed i Grod, ved særdeles Daab, og ved idelige Ofringer og Paakaldelser. Saa at Sarakka, Uks-Akka og Maderakka vare først og sidst ved alle deres Forretninger, og overtroiske Handlinger: Dog Sarakka frem for alle, og det af den Aarsag, at Lapperne vare best tiente med Qvindekionnet, af hvilket de havde den største Fordeel og Nytte, som siden nærmere skal forklares.

§. 7.

Hvad som i det foregaaende staaer anført, er saaledes efter de kyndigste, og i deres Fæderne Vildfarelser meest forfarne og troeværdigste Noaaiders Udsigende og Forklaringer, blevet af Missionen optegnet: Spurgte man derimod den ovrige Lappiske Almue om disse Ting; saa vare vel Akkerne, og adskilligt andet afgudisk Toy, i det mindste hvad Navnene betreffer, dem bekiendt: men videre gik ikke deres Kundskab, til at giore sig noget ordentligt og samlet Begreb, om deres Afguderie, og Overtroe.

Samme Beskaffenhed har det med bemeldte Afguders Dyrkelse, og de Ofringer som

Hinc etiam facile colligitur, qvæ causa erat, cur *Sarakka* imprimis tanto olim in honore & pretio apud Lappones fuerat, & præ ceteris Deabus tam assidue & operose culta, ut ne bolum qvidem cibi, vel hausturn aqvæ viniqve adusti, sumpserint, nisi illam simul religiose invocaverint, peculiaribus Baptismis, crebris sacrificiis, & præsertim pultis libamine, propitiam sibi & facilem reddere satagentes. *Sarakkam* itaqve, *Uks-Akkam* & *Maderakkam* continenter crepare solebant, atqve in omnibus suis negotiis superstitiosisqve actibus crebro in memoria & ore habere, in his tamen *Sarakkam* freqventissime, ea de causa, qvod prolem fœmineam, qvam masculam, ob majora, qvæ inde sibi pollicebantur, commoda, maluerint; Sed hac de re alibi ex instituto.

§. VII.

Qvæ hucusqve de hac materia a nobis commemorata sunt, *Noaaidorum*, avitæ superstitionis peritissimorum & simul fide dignissimorum, auctoritate & relatione, a Missionariis, inter eos freqventer versantibus, excepta & postea communicata, nituntur. Verum enim vero, si qvis a vulgo Lapponum, rationem religionis, cui addicti erant, qværere vellet, is facile deprehensurus esset, *Akkas*, & alia nonnulla ejusdem commatis, ad fœdam superstitionem & idololatriam pertinentia, illis haud qvidem ignota esse, verum intra hosce qvoqve limites omnem eorum de rebus religionis suæ notitiam, superficiariam profecto & valde confusam, contineri.

Idem de ratione *cultus*, & de *sacrificiis*, qvibus commentitia hæc Numina colenda

Naar Barnet var fød til Verden, førte vel Lapperne det til Kirken, at døbes af Præsten, og lod det give Navn paa Normands Maal, saasom **Peder, Hans, Niels** &c. Men saa snart det var kommet Hiem fra Præstens Daab, blev det strax **lauget**, for dermed at give tilkiende, at Barnet stod nu ikke længere i Samfund enten med Præst eller Kirke; thi de stode i de Tanker, at Barnet havde ingen Lykke, førend Præstens Daab igien var afvoet.

Denne Laugen kaldte Lapperne deres Same-Nabma-**Daab**, hvorved Barnet blev helliget Sarakkæ, og fik sit Same-Nabma, d. e. det Lappe-Navn, som Forældrene paa forommeldte Maade var blevet bekiendtgiort. Dette var gemeenligen Lappisk, og saadan et som Barnets afgudiske Forfædre havde baaret, f. E. Gunild-Gierta, Johan-Viol, Risen-Lalle, Kari-Aiken, Jon-Alits, Beret-Aile &c. Dette Navn beholdte Barnet saa længe det ikke blev sygt; thi med det Navn, som et Barn havde bekommet i den christelige Daab, blev det hos Lapperne ingen Tid nævnet, da det blev strax forkastet, og saa aldeles ringe agtet, at Forældrene efter kort Tids Forløb ofte ikke vidste, hvad deres Barn var kaldet i Daaben: ja en Lap blev vred paa den anden, og Børnene straffedes haart af Forældrene, naar de kaldte dem eller deres Sødskende med Præste-Daabs Navn, og ikke ved deres Same-Nabma.

Men blev Barnet sygt, eller græd meget, eller et gammelt Menneske faldt i Sygdom, blev det strax paa Lappisk Viis omdøbt

Infantem, recens natum, ad sacerdotem qvidem detulerunt pagani Lappones, sacro Baptismatis christiani lavacro tingendum, atqve nomine aliqvo, apud Norvegos usitato, ut: *Peder, Hans, Niels* &c. insigniendum, eundem vero, simul ac domum a Sacerdotis Baptismo reductus fuerit, diabolico suo *Laugo* seu Baptismo, extemplo lustrandum curarunt, hoc ipso testaturi, infanti nihil amplius cum Sacerdote & Ecclesia commune esse; sibi enim impie persvadebant, puero non licere esse felici, nisi Baptismus, qvem in Templo a Sacerdote acceperat, elutus & abolitus fuerit.

Hujusmodi Laugo *Same-Nabma-Baptismus* Lapponibus dicebatur, qvo infans, *Sarakkæ* consecratus, suum *Same-Nabma* i. e. nomen istud Lapponicum, parentibus, eo modo, qvo supra commemoratum est, indicatum, accepit. Hujusmodi nomen erat plerumqve mere Lapponicum, ex iis unum, qvæ majores sui olim gesserant, ut: *Gunild-Gierta, Johan-Viol, Risen-Lalle, Kari-Aiken, Jon-Alits, Beret-Aile* &c. Infanti, qvoad firma valetudine esse licuit, hoc nomen hæsit; genuino enim nomine lustrico, qvod in Baptismo a Sacerdote acceperat, nunqvam postea inter suos appellatus fuit, utpote qvod statim a Baptismo repudiatum & tanta cura vel incuria neglectum, ut ipsi parentes illius sensim prorsus obliti sint; nec raro contigit, ut Lappo Lapponi succenseret, & parentes liberos acriter reprehenderent, si alio, qvam solo Same-Nabma se invicem compellarent.

Si puer vel ægrotare cœperit, vel paulo vehementius vagire, more Lapponico confestim rebaptizabatur, novo nomine,

dobt og fik et andet Navn, som kaldtes Udde- eller Adde-Nabma, eller Saiwo-Nabma. Denne Adde-Nabma-Daab blev end og igientaget, saa ofte et Barn eller voxet Menneske af Sygdom blev angrebet, og man har Exempler paa, at nogle Lapper fire gange, og indtil de vare 70. Aar gamle, ere omdøbte, hvoraf maae sluttes, at de troede med Rabbinerne, at Navnets Forandring foraarsagede ogsaa Forandring i Sygdommen, og afvergede Guds Vrede.

nomine, qvod *Udde-* seu *Adde-Nabma* vel *Saiwo-Nabma* Lapponice dictum, illi, loco prioris, indito. Qvi *Udde-*s. *Adde-Nabma-Baptismus* toties, pro more superstitiosæ gentis, iteratus fuit, qvoties vel infans aliqvis, vel etiam adultæ & provectæ ætatis homo, in morbum inciderit; nec desunt exempla, qvibus probari poterit, Lappones extitisse, qvi lavacro hocce vel *qvater* lustrati fuerant, septuagesimum haud raro ætatis annum egressi, unde conjicere licet, Lappones olim, cum priscis Synagogæ judaicæ magistris sensisse, mutationem nominis, iræ qvoqve divinæ ac morborum mutationem intulisse.

Herforuden kaldte og Lapperne det at Noaaide-døbes, naar nogen skulde blive til Noaaid, og at Saiwo-døbes, naar nogen skulde annamme Saiwo, besynderligen Arv-Saiwo; og vare alle de, som saaledes vare Adde-Nabma-Zhjadzet, Noaaide-Zhjadzet og Saiwo-Zhjadzet, forpligtede at ære, tiene og ofre de Jabmeker, Guder, Saiwo, som de vare indviede til ved samme Omdaab; thi de vare i deres Navn døbte.

Qvoties aliqvis in Noaaidum solenniter eligendus esset, vel Saiwo, seu Lares montanos aditurus, ipsum eligendi & possessionem adeundi actum, per τὸ *Adde-Nabma-Zhjadzet*, *Noaaide-Zhjadzet* & *Saiwo-Zhjadzet* exprimere solebant; & qvi ita Zhiadzet, i. e. ablutus erat, Jabmekios illos, Deos & Saiwo, qvibus consecratus, & in qvorum nomine lustratus erat, singulari cultu, ab ipso initiationis die, proseqvi tenebatur.

§. 15.

Ceremonierne ved Same-Nabma og Adde-Nabma-Daab vare følgende: De bleve begge forrettede af et **Fruentimmer**, dog med den Forskiel, at den første, nemlig Same-Nabma-Daaben maatte ey forrettes af noget Qvindfolk, som havde været Christ-Edne, det er, Fadder, eller Vidne ved den Christne Daab; men af en anden Kone eller Pige, dog helst Kone, gemeenlig Moderen selv, der formedelst denne Forretning kaldtes Risem-Edne, hvilken gav Barnet en Skiello, det er, en Messing-Ring, Plade,

§. XV.

Ritus ac *cærimoniæ*, qvibus uterqve modo memoratus Baptismus, *Same-Nabma* scilicet & *Adde-Nabme*, administrandus erat, seqventes memorantur: Ministræ utrobiqve *fœminæ* existebant, hoc tamen cum discrimine, qvod *Same-Nabma-Baptismus*, nunqvam a fœmina, qvæ forte *Christ-Edne* fuerat, i. e. qvæ apud Baptismum Christianorum testis adstiterat, sed ab alia fœmina, legitime nupta, vel etiam a virgine, potissimum tamen a nupta, & plerumqve qvidem ab

de, Spende eller deslige, til Beviis paa, at Barnet var befriet fra Christendommen: **Giendaaben** eller Adde-Nabma-**Daaben** forrettedes derimod alletider af en **Kone**, som, i Henseende til denne Forretning, kaldtes Laugo-Edne, det er, **Dobe-Moder**. Under hendes Tilsyn varmede man det fornødne Vand, slog det i et Trug, og lagde derudi **tvende Birke-Qvister**, den eene i sin naturlige Skikkelse, ligesom den var voxen, men den anden boyede man sammen, som en Ring.

Derpaa tiltalede hun Barnet saaledes: **Du skal blive saa frugtbar, sund og sterk, som den Birk, denne Qvist eller Green er tagen af.** Derefter kastede hun enten en **Messing-Ring, Plade** eller andet Stykke Messing, eller Tin i Vandet, eller og, om de vare saa formuende, et **Sølv-Belte**, eller **Bryst-Span** af Sølv; men hvilken af Deelene dertil brugtes, kaldtes det Nabma-Skiello; derhos sagde hun: **Her kaster jeg Nabma-Skiello i Vandet, til at lauge dig; bliv du saa klingende og herlig, som dette Messing eller Sølv er.** Derpaa gik Daaben for sig, med disse Ord: **Jeg paalauger dig et nyt Navn N. N. Du skal trives og leve bedre i det Vand, som vi meddeele dig, end ved det Vand, i hvilket Præsten døbte dig: Jeg lauger dig op Jabmekas N. Du skal nu staae op igien, være sund og bekomme nye Ledemod. Du Barn!**

ipsius infantis matre, administrandus esset. Fœmina hujusmodi, qvæ ab ipsa hac administratione *Risem-Edne* nuncupata fuit, infanti a se lustrato, *Skiello*, i. e. annulum orichalcicum, vel aliam qvamcumqve massam, ex eodem metallo conflatam, dare consvevit, in tesseram, qvod omni obligatione, Christianismo hucusqve debita, ab ipso eo momento prorsus solutus esset & liberatus. Anabaptismus autem Lapponicus seu *Adde-Nabma-Baptismus*, semper a *nupta* administrari debuit, qvæ etiam ab hoc actu *Laugo-Edne*, i. e. mater Baptismi, seu Baptismum conferens, dicta fuit. Sub hujus fœminæ cura & inspectione aqva lustralis calefacienda erat & in labrum infundenda, *binis ramusculis betulinis*, qvorum alteri naturalis sua forma erat, alter vero in formam annuli inflexus, in aqvam conjectis.

Præparationibus hisce rite præmissis, ipsa *Laugo-Edne* seu mater Baptista, lustrandum infantem in hunc modum alloqvebatur: *tam vegetus, fœcundus ac florens esto, qvam betula illa, cui hi ramusculi abscissi sunt.* Dixit, & annulum orichalcicum, vel aliud ejusdem metalli frustum; vel etiam, si parentes opibus valuerint, *balteum* aut *pectorale argenteum*, in aqvam lustralem conjecit, addito hoc carmine: *Nabma-Skiello* (ita enim nuncupata fuit massa ista, ex orichalco vel argento conflata) *in aqvam, qva lustrandus es, conjicio; & qvemadmodum hoc metallum tinniens est ac splendidum, sic Tu qvoqve clarus ac inclytus esto!* qvibus cærimoniis defuncta, ad ipsam Baptismi hujus administrationem accessit, seqventi formula peragendam: *Indo Tibi* (infantem ita alloqvebatur) *per hoc lavacrum novum nomen N. N. Aqva illa,*

Barn! skal nyde den samme Lykke og Glæde, som Jabmekas har haft i Verden. Under disse Ord øste Laugo-Edne tre Gange Vand paa Barnets Hoved, og derpaa laugede hun dets ganske Legeme. Til Slutning sagde hun: Nu er du Adde-Nabma-lauget med Jabmekas Navn, nu saaer jeg see, hvorvel du dermed vil trives.

illa, cujus nos Te participem facimus, multo melius valebis, qvam ista, qva Te sacerdos in templo baptizavit: Te, Jabmekas N. solenniter nomino! Tu iterum resurges, novisqve receptis artubus, ad pristinam vitam & vigorem redibis. Et Te qvidem qvod attinet, o! infans, eadem, qva Jabmekas, cujus nomen accepisti, in hac vita viguit, felicitate, Tu qvoqve posthac florebis! Inter hæc *Laugo-Edne* capite infantis, sub ipsa memoratorum verborum recitatione, ter aqva conspersо, totoqve corpore mox abluto, totum actum hoc epiphonemate clausit: *Jam Adde-Nabma-Baptismi particeps factus es, nomine Jabmekas Tibi impositо: tempus dabit, qvam bene & feliciter hoc Tibi cesserit lavacrum!*

Saasnart Forretningen var til Ende, blev forbemeldte Skiello, som var kastet i Vandet, taget op af Vandet igien, og bundet ved Barnet, enten under Armen, i Fald det var en Dreng, eller og paa Brystet, dersom det var en Pige. Samme Nabma-Skiello ansaaes af Lapperne for en Helligdom, et Middel imod Forhexelse, og et Forsonings-Tegn, hvilket ingen torde legge fra sig: men saa længe de vare Børn, bare de det, som meldt, under Armen eller paa Brystet; og naar Drenge-Børnene opnaaede Skiels Aar og Alder, hengte de det ved deres Rune-Bommer, som en kraftig Ting. Undertiden skeede det, at Vandet, som skulde bruges til Daaben, blev varmet i en Messing Kiedel: i saa Fald giorde Kiedelen fyldest for Skiello, og ingen Ring, Plade eller andet blev lagt videre i Vandet; men Messing-Kiedelen horte fra den Tid af Barnet til. Dog var herved at i agt tage, at ey allene Kiedelen blev til dette Brug skuret ganske blank; men der maatte og kastes Salt i Vandet.

Baptismo hocce cum suis ritibus ita peracto, *Skiello* illud, cujus modo facta est mentio, ex aqva iterum desumptum fuit, infantiqve alligatum, subter brachium qvidem, si mas erat, ante pectus autem, si fœmina. Cæterum in magno apud veteres Lappones pretio fuit illud *Nabma-Skiello*, qvippe pro amuleto & tessera expiationis adhibitum, adeoqve non temere deponendum. Qvibus accipere contigit, in pueritia ante pectus, vel subter brachium gestare debebant; mares vero, simul ac adoleverint, tympanis id suis appendebant, inter cætera artis magicæ instrumenta ac ornamenta numerandum. Accidit interdum, ut ad aqvam lustralem calefaciendam *lebes orichalcicus* adhibitus fuerit, qvo casu Skiello isto ɔ: annulo vel frusto orichalcico, alias in aqvam conjici solito, carere poterant, ipso lebete, utpote ex hujusmodi metallo facto, illius defectum supplente; ubi tamen simul observandum erat, qvod memora-

Denne

Denne Adde-Nabma-Daab, hvilken, saa ofte et Barn faldt i sterk Sygdom, blev igientaget, maae vel skilles fra Same-Nabma-Daaben, udi hvilken den christelige Daab blev aftoet, uagtet, at begge nesten med eens Ceremonie forrettedes; thi foruden den allerede anmerkede Forskiel i Henseende til Fruentimmerne, som samme forrettede, er endnu dette, som vigtigst at ansee: at ved Same-Nabma-Daaben blev baade Barnet og Vandet indviet og helliget Sarakkæ, forend Dobelsen o: Laugen gik for sig; saa at denne Laug, d. e. Daab egentligen foretoges Sarakka til Ære, og var et Sarakkæ Sacramente, hvorved Bornene med hende bleve indlemmede. Ingen torde derfor understaae sig at øse Vand paa et Barn, eller toe det, naar det kom fra den christne Daab, forend det i Forveyen var blevet lauget og omdobt af Risem-Edne: derimod i Adde-Nabma-Troldaaben kunde Lapperne, om de end vare gifte og vel til Alders omdobes og Saiwo-Lauges.

For

tus lebes, lustrato infanti ab eo tempore cesserit, tanqvam justo titulo acqvisita possessio. Cæterum, ipse lebes, antequam ad hunc usum adhiberi potuit, diligenter emundandus erat & ad summum nitorem abradendus.

Sed vero, licet uterqve Baptismus, iisdem ferme ritibus administratus fuerit, *Adde-Nabma* tamen *Baptismus*, qvo infantes, vel etiam adultæ ac provectæ ætatis homines, qvoties in graviorem morbum incidissent, lustrandi erant, probe distingvendus est ab altero illo, qvi a *Same-Nabma* nomen habet, in qvo, ex mente qvidem Lapponum, Baptismus christianus, infanti in templo a Sacerdote collatus, prorsus abluendus esset & qvasi abradendus. Enim vero, præter discrimen, qvod ratione personarum administrantium supra commemoratum est, aliud qvoqve, & id qvidem præcipuum, probe attendendum est, in eo consistens, qvod in Baptismo *Same-Nabma* administrando, tam aqva, qvam puer, aqva lustrandus, ante ipsum baptizandi actum, *Sarakkæ* solenniter consecrari debuerint; unde facile colligitur, Baptismum hunc in *Sarakkæ* inprimis honorem institutum fuisse, tanqvam *Sacramentum*, qvo infantes in hujus Deæ communionem atqve consortium transituri essent. Hinc prorsus illicitum fuit, infantem, a Sacro Christianorum Baptismo reportatum, aqva vel conspergere vel abluere, nisi lavacro isthoc magico in antecessum a *Risem-Edne* rite lustratus fuisset. Baptismi autem, cui *Adde-Nabma* nomen erat, longe alia fuit ratio, utpote ad qvem iteratis vicibus admitti, cuivis Lapponi, nulla vel ætatis vel status conjugalis, ratione habita, licitum.

Cæterum,

For Resten forstaaer det sig selv, at ved begge Slags Daabs Forretninger, og saa ofte een af dem blev foretaget, maatte anseelige **Offere** frembæres baade for Sarakka, som og for den Jabmeke, der blev opkaldet: Hvilket har været et nyt Middel, hvorved Lappen, der ellers er fattig nok, meere og meere er bleven forarmet.

Cæterum haud difficile judicatu erit, utriusqve hujus Baptismi solennia multa & lauta popoſciſſe *ſacrificia*, tam *Sarakkæ*, qvam illi ex *Jabmekiis*, cujus nomen in Baptismo magico renovandum fuit, offerenda; neqve profecto diffitendum eſt, conditionem hujus gentis, per ſe cæteroqvin ſat miſeram & afflictam, tot inſuper ſacrificiorum impendio longe deteriorem factam fuiſſe.

§. 16.

Grunden til ommeldte Lappernes Omdøbelse beroede paa deres Saiwo; thi saasnart et Barn faldt i Sygdom, holdte de for, at en Jabmek eller Beboere af deres Saiwo vilde opkaldes. Heraf kom det, at mange Lapper har haft tre til fire, ja ofte flere Adde-Nabma, og af sammes Tall kunde strax vides, hvor ofte de havde været syge og vare blevne omdøbte.

§. XVI.

Vera & genuina magici hujus Anabaptismi *cauſa* & *origo*, a Lapponum ſic dictis *Saiwo* arceſſenda eſt; nam qvoties infans in graviorem morbum inciderit, ea de cauſa accidiſſe haud ambigebant, qvod hic vel ille ex incolis Saiwo, nomen ſuum in ægrotante puero renovandum cuperet, unde etiam factum eſt, ut inter veteres Lappones haud pauci extiterint, qvi *qvatuor* vel *plura* ſic dicta *Adde-Nabma* geſſerunt, ex qvorum numero certo conſtare poterat, qvot omnino vicibus graviore morbo correpti fuerant, eaqve de cauſa iterum baptizati.

At give her en fuldstændig **Forregnelse** paa alle deres Saiwo og Adde-Nabma, saaledes som de af Missionen fra adskillige Steder ere samlede og i Acterne her og der anførte, vilde falde alt for vidtløftigt; thi Lappernes Saiwo, fra Øst-Finmarken hen til Trundhiem, belobe sig til mange Tusinde i Tallet, og af deres Adde-Nabma haves ogsaa god Forraad. Dog for at fornøye Læserne, vil jeg anføre nogle faa Lappers baade Saiwo og Adde-Nabma, paa det man deraf kan giøre sig nogenledes Begreb om Sagens hele Beskaffenhed.

Omnia ac ſingula Lapponum ſic dicta *Saiwo* & *Adde-Nabma*, prout eorum in actibus Miſſionis regiæ mentio & deſignatio ſparſim occurrit, hic qvidem recenſuiſſe, nimis longum foret & tædioſum, ſiqvidem conſtat, a Finmarchia orientali usqve ad tractum Nidroſienſem, aliqvot millia extitiſſe *Saiwo*, & *Adde-Nabma* non pauca; e qvibus tamen non nulla, unde de cæteris totoqve hocce argumento judicari poterit, in gratiam Lectoris nominaſſe, haud abs re fore exiſtimavi.

En Lappe 70 Aar gammel, hans Adde-Nabma var: Dieſſe, og hans Saiwo følgende:

1) Brantzen-Saiwo.
2) Jörman-Saiwo.
3) Jouma-Saiwo.
4) Kiokkelen-Saiwo.
5) Sotſalla-Saiwo.
6) Aimetal-Saiwo.
7) Hermans-Oilk-Saiwo.
8) Brantzen-Jokken-Saiwo.
9) Huvelle-Holken-Saiwo.
10) Akkan-Saiwo.
11) Mutzviell-Saiwo.
12) Dærkan-Saiwo og
13) Mælkan-Saiwo.

Af diſſe havde han bekommet No. 1. 7. og 8. af ſin Moder i hendes levende Live, ſamt tre Ringe, hvilke han efter Haanden har forœret ſine Børn, alt ſom de ere blevne gifte, og han har givet dem Saiwo: No. 2. 3. 12. og 13. havde han arvet efter ſin Farfader: No. 4. og 5. efter ſin Morbroder: No. 6. efter hans Møſters Barn: No. 9. og 10. efter hans Mormoders Søſter, og No. 11. efter ſin Faſter. Ere altſaa alle Arve-Saiwo.

Den ſamme Lappes Kone, 60 Aar gammel, hendes Adde-Nabma var: Suk, og hendes Saiwo:

1) Buarkan-Saiwo.
2) Germanjana-Saiwo.
3) Raakjodoi-Saiwo.
4) Brakkaviell-Saiwo.
5) Faures Loit-Saiwo og
6) Diawarden-Saiwo.

Lapponi cuidam ſeptuageſimum ætatis annum agenti, *Adde-Nabma* erat: Diesse, & *Saiwo* ſeqventia:

I. *Brantzen-Saiwo.*
II. *Jörman-Saiwo.*
III. *Jouma-Saiwo.*
IV. *Kiokkelen-Saiwo.*
V. *Sotſalla-Saiwo.*
VI. *Aimetal-Saiwo.*
VII. *Hermans-Oilk-Saiwo.*
VIII. *Brantzen-Jokken-Saiwo.*
IX. *Huvelle-Holken-Saiwo.*
X. *Akkan-Saiwo.*
XI. *Mutzviell-Saiwo.*
XII. *Dærkan-Saiwo &*
XIII. *Mælkan-Saiwo.*

Qvorum Num. I. VII. VIII. a matre, adhuc ſuperſtite, una cum tribus *annulis*, qvos poſtea liberis ſuis, matrimonia ineuntibus, dono dederat; Num. II III. XII. & XIII. jure hæreditatis ab avo ſuo; Num. IV. V. ab avunculo; Num. VI. a conſobrinis ſuis; Num. IX. & X. a ſorore aviæ, & Num. XI. ab amita acceperat; unde ſimul patet. cuncta iſta *Arve-Saiwo*, i. e. hæreditaria fuiſſe.

Ejusdem Lapponis ſexagenariæ *uxori Adde-Nabma* erat Suk; *Saiwo* autem, qvæ ſeqvuntur:

I. *Buarkan-Saiwo.*
II. *Germanjana-Saiwo.*
III. *Raakjodoi-Saiwo.*
IV. *Brakkaviell-Saiwo.*
V. *Faures-Loit-Saiwo &*
VI. *Diawarden-Saiwo.*

De

Qvorum

De trende forſte arvede hun efter hendes Fader; den fierde efter hendes Moder, og de tvende ſidſte efter hendes Mormoder.

Datteren af bemeldte Lapper, 30 Aar gammel, havde til Adde-Nabma: Waibi og følgende Saiwo:

1) Ourewarden-Saiwo.
2) Norisviell-Saiwo.
3) Brouksviell-Saiwo.
4) Paimanas-Saiwo.
5) Sitangaiſen-Saiwo og
6) Stragoi-Saiwo.

De trende forſte bekommet af forbemeldte hendes Fader til Udſtyr: de trende ſidſte arvet efter hendes Mormoder.

En Lappe-Dreng, 20 Aar gammel, havde ingen Adde-Nabma, efterdi han aldrig havde været ſyg; men eyede dog tvende Saiwo, nemlig:

1) Ukkje-Gielling-Saiwo og
2) Bergzhjaze-Saiwo.

Den forſte har hans Fader givet ham, da han var 12 Aar gammel, den anden tiljuoigede han ſig ſelv to Aar derefter.

En Lappe Pige, 18 Aar gammel, hendes Adde-Nabma var Lamik, havde trende Saiwo, nemlig:

1) Dærkan-Saiwo.
2) Melkan-Saiwo og
3) Brantzen-Saiwo.

Alle vare de arvede efter hendes Moder, ſom havde ligeledes ved Arv faaet ſin Lod i diſſe Saiwo.

Qvorum tria priora a patre, qvartum a matre, & reliqva ab avia, hæreditate ſibi relicta habuerat.

Utriusqve *filiæ*, annum ætatis triceſimum agenti, *Adde-Nabma* erat WAIBI, & *Saiwo* ſeqventia:

I. *Ourewarden-Saiwo.*
II. *Norisviell-Saiwo.*
III. *Brouksviell-Saiwo.*
IV. *Paimanas-Saiwo.*
V. *Sitangaiſen-Saiwo* &
VI. *Stragoi-Saiwo.*

Qvorum tria priora dote a patre acceperat; reliqvis ab avia hæreditate relictis.

Adoleſcens qvidam Lapponicus, viginti annos natus, nullum qvidem *Adde-Nabma* habebat, qvia nunqvam periculoſe ægrotaverat; duos tamen poſſidebat *Saiwo*, nempe:

I. *Ukkje-Gielling-Saiwo* &
II. *Bergzhjaze-Saiwo.*

Qvorum alterum a patre, anno ætatis ſuæ duodecimo, dono acceperat; alterum biennio poſt, peritia & exercitio tr̃ Juoigen, ipſe ſibi acqviſiverat.

Puellæ cuidam Lapponicæ, octodecim annos natæ, *Adde-Nabma* erat LAMIK & *Saiwo* ſeqventia:

I. *Dærkan-Saiwo.*
II. *Melkan-Saiwo* &
III. *Brantzen-Saiwo.*

Qvæ illa a matre, & hæc pariter a ſuis majoribus jure hæreditatis acceperat.

Nok en **Lappe-Dreng** 16 Aar gammel; han havde til Adde-Nabma: Waila; og ellers allerede Sex Saiwo:

1) Aerenware-Saiwo.
2) Klak-Saiwo.
3) Kienviellen-Saiwo.
4) Melkan-Saiwo.
5) Rutiken-Saiwo og
6) Hop-Saiwo.

Alle Arve-Saiwo, tilfaldne efter hans Morfader, og bleve de ham leverede kort for Dodsfaldet.

Endnu en **gammel Lappe**, paa 70 Aar, som tre Gange havde været syg, og derfor ligesaa mange Gange var bleven Adde-Nabma-Skarjet, han havde i Folge heraf trende Adde-Nabma, nemlig: Rate, Leusi og Gorwe; hans Saiwo vare:

1) Melko-Saiwo.
2) Gaptelsienne-Meitkel-Saiwo.
3) Deve-Gaptelsienne-Saiwo.
4) Speik-Saiwo og
5) Krosejaure-Saiwo.

Hvilke alle denne, paa een nær, havde tilsuoiget sig.

§. 17.

Naar en Skin-christen Lappe eller Finne fik i Sinde, at gaae til Alters hos de Christne, var han paa den eene Side bange, at giore sine egne Afguder imod og miste deres Vardtægt; men paa den anden Side frygtede han og for, hvis han forsomte det, at stode de Christnes Gud, og derved

Alii cuidam *adolescentulo*, sedecim annos nato, *Adde-Nabma* erat: Waila; &, vel in illa ætatula, sex seqventia *Saiwo:*

I. *Aerenware-Saiwo.*
II. *Klak-Saiwo.*
III. *Kienviellen-Saiwo.*
IV. *Melkan-Saiwo.*
V. *Rutiken-Saiwo* &
VI. *Hop-Saiwo.*

Qvæ omnia hæreditaria erant, ab avo materno relinqvenda, sed paulo ante obitum possessoris hæredi tradita.

Seni cuidam, septuagesimum ætatis annum egresso, qvi per dies vitæ ter periculose ægrotaverat, *ter* qvoqve eandem ob causam *Adde-Nabma* Baptismo lustratus fuerat, *tribusve* novis nominibus, Rate scilicet, Leusi & Gorwe auctus, *Saiwo* fuere seqventia:

I. *Melko-Saiwo.*
II. *Gaptelsienne-Meitkel-Saiwo.*
III. *Deve-Gaptelsienne-Saiwo.*
IV. *Speik-Saiwo* &
V. *Krosejaure-Saiwo.*

Qvæ, uno excepto, peritia & exercitio tã Juoigen sibi comparaverat.

§. XVII.

Cum Lapponi vel Finno semi-pagano, ad *sacram Domini mensam* accedere animus erat, variis se difficultatibus utrinqve circumseptum videbat, hinc propriis Diis, qvos offendere nollet, obstantibus; illinc valde timebat, ne, Sacramento cœnæ prorsus neglecto ac spreto,

ved formeenes, at boe i deres Land; ja ganſke miſte de Chriſtnes Guds Hielp, om han maaſkee formaaede noget. I denne Knibe ſyntes ham beſt at tage Middelveyen, for ikke at ſtode enten den eene eller den anden.

Saaſnart derfore Lappen havde faſt beſluttet at gaae til Guds Bord, giorde han forſt ſit **Skriftemaal for ſine egne Guder**, hvilket ſkede enten Hiemme, eller ved det forſte Vand, han kom til paa Kirke-Veyen: men i ſaadant Fald havde han hos ſig et Stykke **Kiød**, **Oſt** eller **Brød**. Han faldt forſt paa Knæ og giorde ſin Bon til Sarakka, Saiwo, Horagalles, Ailekes-Olmak, Radien, Leib-Olmai, No. 40, ja endogſaa til Zhjaeppes-Olmai og Fudno ſelv, ſom Lapperne anſaae for at være Satan eller Dievelen. Alle diſſe bade de om Forladelſe for alle de Synder, ſom de havde giort imod dem: men i Beſynderlighed bade de dennem om Forladelſe for, at de nu, **imod deres Villie, maatte gaae til Præſten og Guds Bord**; hvilket ſkeede **allene derfor, at de kunde være med Sikkerhed i Landet.** Dereſter toge de et Stykke **Kiød**, **Brød** eller **Oſt**, og ſignede eller indviede det med følgende Formular: *Dat læ Sarakka Biergo, Saiwo Laibe, Horagalles Biergo*; hvilket vil ſige ſaa meget: Dette er Sarakka rette Mad, Saiwo Brod, Horagalles Mad: ſiden drukke de af Bekken, og ſagde: *Dat læ Sarakka Vuor, Saiwo Zhjadze, Horagalles Zhiadze* ɔ: Dette er Sarakka Blod, Saiwo Vand, Horagalles Vand. Nogle derimod drukke Øll eller Brendeviin, naar ſamme var ved Haanden.

ſpreto, iram & indignationem Dei Chriſtianorum ita incurreret, ut patriis ſedibus exutus, omni hujus Dei, ſi qvid alias poſſet, ope & auxilio deſtitueretur. In qvo diſcrimine conſtitutus, ne neutri parti prorſus displiceret, mediam eligere viam tutiſſimum ratus eſt.

Cum itaqve Lapponi vel Finno ad Sacram Synaxin accedere, jam firmiter conſtitutum erat, hoc ſibi negotii *primum* dari credidit, ut *proprios Deos ſibi propitios ac faciles redderet*, ſolenni coram illis *confeſſione*, vel domi, anteqvam ad templum ſe contulerit, vel in ipſo ad templum itinere, juxta primum, qvem in via forte offenderat, lacum, edita; qvo caſu fruſtulis qvibusdam *panis*, *carnis* & *caſei* inſtructus eſſe debuit. Flexis itaqve genibus, *Sarakkam, Saiwo, Horagallem, Ailekes-Olmak, Radien, Leib-Olmai*, Num. 40, qvin etiam *Zhjaeppes-Olmai* & *Fudno*, qvos tamen pro ipſo Cacodæmone habebat, ſuppliciter deprecatus eſt, delictorum omnium, qvibus hæc Numina unqvam læſerat, veniam petens; in primis vero ardentiore ſtudio ac prece ab iis contendit, *ne ægre ferrent, neve ſibi gravius ſuccenſerent, qvod, ſuis profecto ingratiis, ad ſacerdotem & ſacram cœnam nunc qvidem accederet, juramento ſancte interpoſito, non alia id fieri mente, qvam ut libere ſibi ac tuto in hac mundi plaga habitare liceret.* Cujusmodi precibus rite peractis, fruſtulum *panis*, *carnis* vel *caſei*, qvod hoc conſilio ſecum habebat, *Sarakkæ* ſolenniter conſecrabat, hac verborum formula uſus: *Dat læ Sarakka Biergo, Saiwo Laibe, Horagalles Biergo* ɔ: Hoc eſt cibus Sarakkæ, panis Saiwo, cibus Horagallis. Mox e proximo fonte aqvam bibebat, addita ſententia: *Dat læ Sarakka*

Saaledes brugte en Deel dette deres afskyelige Sacramente, baade under Æden og Drikken; andre under Drikken alene: en Deel giorde det Dagen forend de ginge til Alters for Præsten: en Deel Dagen derefter. Naar de ginge ud af Kirken, sagde de: **Nu maae den vinde som sterkest er; enten** Christ-Jbmel, **det er, de Christnes Gud, eller** Sarakka, Saiwo, Horagalles &c. **vi have nu føyet os efter begge Parters Villie.**

Nogle have bekiendt, at de, naar de ginge i Kirken, hvilket ikke skeede, forend de havde adspurgt **Rune-Bommen, Øxe, Bælte og Girga**, og erholdet Forlov eller Tilladelse, ere først, de vare komne ind i Kirken, falden paa Knæ, og have giort deres Bon til Sarakka, Saiwo og andre deres Guder: andre derimod bekiendte, at de havde tilbedet baade deres og de Christenes Guddom; samt at de, ved det hellige Sacramentes Annammelse aldeles ikke havde tænkt paa **Jesum Christum**, men allene i deres Hierter erindret Sarakka, Saiwo, Horagalles, Radiens med andres Legeme og Blod: ligesaa at de efter Altergangen i Kirken have altid paakaldet deres egne Guder, uden at nævne enten **Jesum Christum eller Faderen.**

Ellers drukke alle frugtsommelige Qvinder Sarakka Gare, d. e. Skaal, og aade Sarakka-Grød; og i Noaaide-Kiöriga drukke de Saiwo Zhjadze. Noaaide-Gare og Jabmeke-Zhjadze af Vand og Aske: men

Vuor, Saiwo Zhjadze, Horagalles Zhjadze ɔ: Hoc est Sangvis Sarakkæ, aqva Saiwo, aqva Horagallis. Alii pro fontana cerevisiam vel vinum adustum, si ejus copia suppeteret, adhibere solebant.

Nonnullis execrabile hoc Sacramentum, sub *cibo & potu simul*, aliis sub *solo potu*, qvibusdam, die, participationem cœnæ Dominicæ proxime antecedente, aliis, eam subseqvente, sumere, solenne fuit. Templo egredientes dicere solebant: *vincat, per nos licet, uter potentior sit, Christ-Jbmel* ɔ: Deus Christianorum, *vel Sarakka, Saiwo, Horagalles* &c. *ad utriusqve enim partis obsequia nos decenter composuimus.*

Lapponum nonnulli ingenue confessi sunt, se, templum ingressos (qvod tamen non licebat facere, nisi *tympano, securi, balteo* & *Girga*, ut illis mos erat, rite consultis, veniam impetrassent) *Sarakkam, Saiwo* & alia hujusmodi Numina, flexis genibus e vestigio adorasse. Alii itidem libere testati sunt, se, præter Deos patrios, Christianorum qvoqve invocasse Deum; sacrosanctum vero sacramentum sumendo, se *Jesum Christum* nunqvam cogitasse, multo magis, *Sarakkæ Saiwo, Horagalles, Radien*, similiumqve Deastrorum corpus & sangvinem, tacita ac devota mente, recordatos fuisse: sumptisqve Sacramenti Symbolis, proprios iterum invocasse & celebrasse Deos, *Jesu Christi ejusqve Patris* commemoratione prorsus omissa & neglecta.

Gravidis, qvotqvot erant, *Sarakka-Gare* ɔ: poculum salutis Sarakkæ, ejusqve *pultem* libare, qvemadmodum & *Saiwo-Zhjadze, Noaaide-Gare* & *Jabmeke-Zhjadze*, ex aqva & cinere, in *Noaaide-Kiöriga*,

men en Deel aad og drak, hvad de node, til deres Guders Jhukommelse; og de fleeste læste aldrig anderledes til og fra Bords, samt Morgen- og Aften-Bon, end for deres Guder, Sarakka, Saiwo, Jabmeke, med flere.

Kiöriga, bibere, ſolenne fuit: non nulli, qvavis cibi buccella & potus hauſtu, Deorum ſuorum memoriam freqventare ſatagebant; plurimi, ſtatas veſpertinas & matutinas aliasqve hujusmodi preces, non ad verum Deum, ſed ad vana ſua idola, dirigere non dubitarunt.

§. 18.

Om Lappernes afgudiske **Offere** og **Ofrings-Maneer**, i sær i de Svenske Lapmarker, har den beromte Schæffer samlet og bekiendtgiort adskillige Efterretninger, hvilke den Kongelige Danske Missions og har befunden, for det meste, at have været brugelige i Finmarken og det hele Norske Lapland. Dog ere ved den sidstes Omhyggelighed endnu flere Ting blevne opdagede, hvilke her i sin Sammenheng skal vorde anførte.

§. XVIII.

De *ſacrificiis* Lapponum idololatricis, variisqve circa ea offerenda uſurpatis *ritibus*, qvaliter nimirum per Lapponiam *Svecicam* olim in uſu fuit, peculiari libro egit *Jo. Schæfferus*, vir celeberrimus; & dudum Miſſioni regiæ Danicæ obſervatum eſt, pleraqve ſacrificia ac ritus, qvorum in ſua Lapponiæ Svecicæ deſcriptione meminit *Schæfferus*, per Finmarchiam Lapponiamqve Norvegicam ſimiliter obtinuiſſe. Sed vero cum adhuc plura, ad hanc materiam ſpectantia, ejusdem ſacræ Miſſionis operariis longo uſu ac indagine obſervata ſunt & diligenter annotata, eadem hic ordine recenſere & cum curioſo Lectore communicare, mearum, pro præſentis inſtituti ratione, partium duxi.

Lappernes sædvanlige **Offer-Tid** var om Efterhosten, eller naar de havde indslagtet: Men de usædvanlige Ofringer skede til alle Tider om Aaret, alt som deres Nod og Anliggende, deres Varetegn og Orakler, helst Rune-Bommen, det udfordrede, snart til een, snart til en anden af deres Afguder, hvis Hielp de behovede.

Ordinarium *ſacrificandi tempus* apud veteres Lappones, in exitum autumni, pecore jam in victum hyemalem mactato, incidit; extraordinaria vero ſacrificia, nulli alligata tempori, toties inſtituebantur, qvoties aliqva urgens neceſſitas, juxta oraculorum, cum primis tympanorum, reſponſa & indicia, huic vel illi Deorum offerenda popoſcerit.

Alle Ofringer bleve forrettede med visse **Ceremonier** og **Skikke**, hvilke Lapperne paa det noyeste toge i Agt. Ved samme vare i **Almindelighed** at merke:

In ſacrificiis faciendis certi *ritus* adhibiti ſunt, qvorum tenaciſſimi & obſervantiſſimi fuerunt Lappones, de qvibus *generaliter* obſervandum eſt:

1) At

1) At intet Offer maatte tillaves, eller Ofringer forrettes, ved en Qvindes-Haand; men det maatte ſkee af en Noaaid, ſom forſtod alle Offer-Ceremonier og derudi var vel ovet. Denne kaldtes, i Henſeende til ſamme Forretning, **Blodmanden**: Qvinde-Kionnet derimod maatte noyes med at høre Trold-Meſſer, at være tilſtede i Noaaide-Forſamlingerne, og at forſtaae at juoige og udtone deres hedenſke Antiphonier og Skurre-Sange; og de Qvinder, ſom vare komne ſaavidt, at de kunde juoige og rune paa de Redſkaber, ſom tilkom Kionnet at bruge, kaldte Lapperne i deres Sprog, Guape.

I. Nullum ſacrificium per fœminas vel præparari vel offerri potuiſſe, hujusmodi functionibus ſacris, ad Noaaidos, rituum obſervandorum gnaros, pertinentibus: Noaaidum, ſecundum hanc miniſterii ſui partem ſpectatum, *Blodmanden*, i. e. virum ſangvinis, qvi ſcilicet victimarum cæſarum ſangvinem rite tractare novit, nuncupatum fuiſſe: fœminis, miſſis magicis ſolennibusqve Noaaidorum conventibus intereſſe, τὸ Myran, ut vocatur, exercere, ethnicasqve eorum antiphonias & ſymphonias diſcordes ſtridula, ut ſolebant, voce extundere, licitum qvidem fuiſſe, ſed præterea nihil amplius illis in hoc negotio conceſſum. Cæterum, qvæ inter mulieres eo perfectionis pervenerant, ut artem magicam, inſtrumentis, qvæ ſexui conveniebant, exercere poſſent, *Guape* Lapponice nuncupatæ ſunt.

2) At **Blodmanden** maatte ſkille fra Offer-Dyret, naar det var ſlagtet og hugget i Stykker, dets Næſe, Øyne, Ørne, Hierte og Lunge, desligeſte og noget lidet Kiød af et hvert Lem: men i Særdeleshed maatte han ikke forglemme at tage det Lem med, ſom forſkielliger Kionnet, naar Offeret var et Han-Dyr. Naar nu alt det øvrige paa Offer-Stedet var blevet kogt, og af de indbudne Gieſter fortæret, ſankede man alle Beenene tilſammen, og nedlagde dem, tillige med ovenmeldte affondrede Deele, i deres naturlige Orden og Sammenheng, udi en Slags Liig-Kiſte, ſom var giort af Birke-Bark: derpaa beſtenkede og overſtrog man det med Blod; og i ſaadan Tilſtand, hvor det forſt anſaaes for et ret og fuldkommet Offer, ſom af dennem kaldtes Damengare, begrove de det høytideligen i Jorden.

II. *Blodmanden* ɔ: Noaaidum ſacrificulum ab animali mactato & in varias partes ſecto, oculos, aures, cor, pulmones, nec non ex qvovis membro exiguam carnis particulam, ſecernere; in primis vero membrum, qvod ſexum diſtingvit, ſi animal immolandum generis erat maſculini, a reliqvo corpore ſeparare debuiſſe. Reliqvis immolati animalis partibus in loco, ſacrificiis hujusmodi faciendis conſecrato, coctis, & ab invitatis convivis more ſolito conſumptis, omnia ac ſingula oſſa, una cum particulis ſeparatis, qvarum modo facta eſt mentio, ſtudioſe collegerunt, in ciſta qvadam, ex cortice betulino, ad inſtar vulgaris loculi conſtructa, naturali ſuo ordine reponenda, in qvo ſtatu pro vero tandem & ab omni parte perfecto ſacrificio, Lapponice *Damengare* nuncupato, habita

3) At

3) At den af deres Afguder, som de giorde meest Væsen af, skar de ud i en Trunte eller Knub af en Birk, halvanden til to Alen hoy, og henved en Alen tyk, og lavede det saa, at han fik nogen Lighed med det Merke, hvormed samme Afgud var paa Rune-Bommen aftegnet. Dette Billede satte de over den nedgravede Damengare, og kaldede det Wærro-Muora, med den Afguds Navn foran, som de ofrede til; hvilket efter Lappernes Udsigende skede derfor, at enhver Gud kunde kiende sit Offer, og en anden ikke skulle tilegne sig det, og giore sig til gode deraf paa fremmed Regning. Naar Billedet var hensat, overstroge de det med Offer-Blod, og malede derpaa, særdeles paa Brystet, adskillige Korse; men Oynene giorde de kiendelige med Fedmen af Offeret.

4) Ved Siden af Wærro-Muora eller Billedet satte de endnu et eller andet Tegn, som de kaldte Kielde-Muor. Samme bestod gemeenligen i tvende Grene af et Birke-Træe, ved hver sin Side af Billedet een Green, og begge vare tilsammen boyede i Toppen. Naar de ofrede til Solen eller Maanen, satte de et Træ ved Siden af hvers Billede, dannede det oven til som en Ring, besat med Takker, og bestroge det paa alle Sider med Blod. Over Horagalles Damengare, satte de noget, som skulde forestille en stor Hammer, hvormed han skulde forjage Hexer og andre onde Menneskér. Naar de ofrede til Rutu, toge de gierne Qviste af et Fyrre-Træ: men, naar det skede

habita sunt atqve usitatis ritibus solenniter sepulta.

III. Lappones simulacrum ejus Deastri, qvem singulari præ cæteris observantia colebant, ex trunco betulino, crassitudinis unius ulnæ, altitudinis vero duarum, ita effingere solitos fuisse, ut similitudinem qvandam cum signo ejusdem Deastri, in tympanis runicis depicto, habere videretur. Simulacrum hocce, *Wærro-Muora* Lapponice dictum, super sepultum illud Damengare, cujus modo memini, erigere moris erat, nomine illius Deastri, cui victima immolata erat, simul inscripto, qvod eo se consilio fecisse dixerunt Lappones, ut qvivis Deaster, suum posset dignoscere sacrificium, neu sibi, qvod aliis consecratum erat Numinibus, per errorem vindicaret. Ipsum simulacrum, ita, ut supra commemoratum est, super Damengare erectum, *sangvine victimæ* imbuendum erat, & oculi adipe perungendi, variis præterea characteribus ac crucibus passim, maxime tamen in pectore, depictis.

IV. Juxta latus sæpius laudari simulacri, aliud qvoqve signum, cui *Kielde-Muor* nomen erat, similiter statutum est, binis ramis betulinis, ab utroqve simulacri latere surgentibus, atqve superne coëuntibus, contextum. Cum *Soli* vel *Lunæ* faciendum esset, ad utriusqve Idoli latus *lignum*, superne in formam circuli, variis distincti mucronibus efformatum, & *sangvine* victimæ delibutum, exsuscitare solebant. Super Damengare, seu sepulcrum sacrificiale *Horagalles*, statua collocata erat, malleum, qvo iste Deaster veneficas aliosqve maleficos homines territurus erat, repræsentatura: Idolo *Rutu* sacra facturi, ramos abiegnos, sangvine

de til Saiwo, betiente de sig, i Steden for Træ, af Steene, som de ligesaa besmurte med Blodet, samt ziirede med Fedmen af Offeret.

5) Wærro Muora blev udskaaret saaledes, at Roden af Træet udgiorde Hovedet; men Stammen det øvrige af Legemet. Dette blev opstillet ved alle deres Offere, som de bragte Sarakka, Saiwo, Jabmeke, og øvrige deres egne gamle Guder saaledes, at Billedets Hoved, som var Træets Rod, hvilket de kaldte Mad, vendte i Veyret, men Stammen blev festet i Jorden: skulde derimod ofres til Radien-Atzhie eller Radien-Kiedde, hvorved de forstode den sande Gud; saa bleve og deres Personer paa samme Maade betegnede, undtagen at Roden af Træet, eller Hovedet af deres Wærro-Muora kom altid til at staae ned ad, og Stammen op ad.

§. 19.

Foruden forbemeldte almindelige Ceremonier, iagttoge og Lapperne adskillige særdeles Skikke ved deres Ofringer, og dette saavel i Henseende til den som Offeret bragtes, som i Henseende til de Personer, som skulde fortære det. Angaaende det første, da maatte ingen Hun, eller skaaret Han-Dyr ofres til Horagalles: derimod maatte intet Han-Dyr, undtagen en Hane, fremstilles for Sarakka: Til Soel og Maane maatte ikke allene ingen Han frembydes, men Offerdyret maatte heller ikke være sort.

I Hen-

sangvine victimæ tinctos; τοῖς Saiwo autem facturi, pro arborum ramis, lapides, *sangvine* pariter & adipe victimæ perunctos, erigebant.

V. *Wærro-Muora* seu Deorum simulacra, ita fabricanda erant, ut arborum radices in caput, truncus vero in cæteras effingendi corporis partes, cederent. Hujusmodi signa & statuæ, juxta omnia, qvæ Sarakkæ, Saiwo, Jabmekiis, cæterisqve antiqvis & patriis Diis, fiebant, sacrificia excitabantur, hoc ordine observato, ut radix arboris, ex qva caput simulacri, qvod Lappones *Mad* appellabant, factum erat, sursum verteretur, trunco in terram defixo. Contra, si Radien-Atzhie vel Radien-Kiedde, sub qvibus nominibus verus Deus latebat, sacrificiis propitiandi essent, eorum honori simulacra qvidem exsuscitabantur, hoc tamen cum discrimine, ut radix arboris, caput simulacri repræsentans, inverso ordine, deorsum, truncus vero, pedes cum reliqvis corporis partibus, referens, sursum spectaverit.

§. XIX.

Præter *ritus* illos generales, qvos modo descriptos dedimus, varii qvoqve *speciales*, respectu tam Deastri illius, cui sacrificandum erat, qvam personarum, qvibus cæsa victima consumenda, nobis pariter commemorandi occurrunt. Et primum qvidem ratione *Deastri*, sacrificio propitiandi, probe observandum erat, nullo animali, qvod vel castratum fuerat, vel generis fœminini, *Horagalli*; *Sarakkæ* vero solis animalibus fœminis, gallo tamen excepto, faciendum esse. *Soli* & *Lunæ* non tantum nulla offerenda esse generis masculini animalia, sed cavendum

I Henseende den anden Jagttagelse, da blev Sarakka Offer ikkun fortæret af Qvindfolk, og ingen af det andet Kiønnod Deel deri, ikke engang i Levningerne, som bragtes Hiem; derimod burde og ingen af Qvindekiønnet tære det mindste af Beiwes, Horagalles, Saiwo, Jabmekers, Leib-Olmai og flere deslige Offere; hvilke Mandfolkene vare allene berettigede til at nyde. Dog, da Mandfolkene ikke paa Offer-Stedet spiiste uden Forparten af Offeret, blev Bagdeelen sendt dem tilbage, som havde skaffet Offeret, paa det de og deres kunde fortære den. Men de Offere, som gaves den sande Gud, under Navn af Radien-Atzhie og Radien-Kiedde, saavelsom de, der gaves Ailekes og Maria, bleve deelede lige til baade Mands- og Qvindes Personer.

Efterdi Maria bliver her erindret; saa er derved at merke, at nogle faa Lapper har haft hendes Tegn paa deres Rune-Bomme, og har bedet hende, at hun vilde gaae i Bon for dem; men som det var ganske faa, saa skede og sielden Ofringer til hende, og disse, naar de endel'gen skulde foretages, maatte forrettes af en Noaaid med de sædvanlige Ceremonier.

Til Beiwe ofredes hviide Creature, ligesom og Lin eller Horr; men ved dets Wærro-Muora, sattes i Steden for Kielde-Muor en Spinderok, for derunder at betegne Solens Vending og Straaler: thi ikke allene Lapper og Finner, men og andre Nordiske Folk tænkte i Hedenskabet, at de

dum qvoqve, ne, qvæ immolabantur, *nigri* essent coloris.

Ratione *Personarum*, qvibus conviviis sacris interesse licitum esset, pariter tenendum, Sarakkæ sacrificiis vesci, *solis fœminis* concessum fuisse, sexu virili ita excluso, ut ne reliqvias qvidem, domum pro more gentis remissas, gustare fas fuerit; qvemadmodum & fœminæ, vice versa, ab epulis Beiwes, Horagallis, Saiwo, Jabmekiorum, Leib-Olmai &c. prorsus arcebantur, jure iis fruendi *solis maribus* reservato. Sed vero, cum sola *anterior pars* victimæ a maribus in loco Sacro consumpta fuit, posterior, ut illis mos erat, domum ad eos, qvi victimam suo sumptu suppeditaverant, consumenda remittebatur. Sacrificia, qvæ vero Deo, sub nomine *Radien-Adzie* & *Radien-Kiedde*, nec non qvæ *Ailekes* & divæ virgini *Mariæ* offerebantur, *utriqve sexui* communia erant.

Mentione *b. Virginis* injecta, paucis monendum est, in qvorundam, sed perpaucorum Lapponum tympanis ejus qvidem occurrere signum, ejusqve apud Deum intercessionem subinde sollicitatam fuisse; sed qvoniam raro id & a paucis observatum est, per se seqvitur, rarissime qvoqve illi sacrificatum, qvod tamen qvoties factum est, solitis atqve in simili actu sacro usitatis ritibus *Noaaido* sacrificulo hic qvoqve utendum.

Beiwe seu Phœbus, victimis *albis* & *lino* placandus erat; juxta hujus Deastri Wærro-Muora loco tē Kielde-Muor, *colum*, cursum solis reciprocum & radios denotaturam, collocare moris erat. Enim vero, non Finnis tantum & Lapponibus, verum etiam aliis Norvegiæ incolis, du-

de giorde Solen en ſtor Høytid, naar de ofrede hende Lin eller Hørr; ja man hører endnu paa ſine Steder i Norge Børn ſynge dette gamle Vers:

Lova, lova Lin: Gud ladt Sola ſkin!

§. 20.

Ved **Ofringerne ſelv** forholdtes det paa følgende Maade: naar Noaaiden havde ved Runebom og Henrykkelſe indhentet Efterretning om, hvilken Gud der ſkulde ofres til, og ſligt af Vedkommende var derefter blevet beſluttet, maatte det ſtrax kundgiøres **Blodmanden**, d. e. den Noaaid, ſom ſkulde paatage ſig denne Forretning, og **Offerdyret** blev imidlertid **fraſkildt** ved at mærkes i det høyre Øre, ſaa ſnart det var kiendt dueligt; thi intet maatte ofres ſom jo var fuldkommen friſkt og ſundt; men **Blodmanden ſelv** maatte berede ſig til Forretningen ved Faſte, ſamt ved at toe og rense alle ſine Lemmer.

Saaſnart Offerdagen frembrød, begav ſig **Blodmanden** tillige med den Lappe, ſom havde forſkaffet Offeret, og de ſom vare Giæſtbudne, hen til Offer-Pladſen: **Blodmanden** var da iført ſine beſte **Klæder**, havde en **Kiæde** af Meſſing om den høyre Haand, og var omgiven med et **Bælte**, ſom gik over den venſtre Axel ned til den høyre Side, ſom et Ridderbaand. Skeede Ofringen en Saiwo-Nieid, eller en af Akkerne til Ære, ſaa havde han og en **hviid Linhat**

rante adhuc Paganismo, perſvaſum erat, nullum cultorem Phœbo gratiorem exiſtimari, qvam qvi, ſacra facturus, *linum* ei obtulerit; ad cujusmodi ſuperſtitionis reliqviàs pertinet vetus illud & tritum carmen:

Lova, lova Lin: Gud ladt Sola ſkin. i.e. Linum vovendum, ut Sol lumen ſpargat. Qvod hodieqve in qvibusdam Norvegiæ tractibus a pueris ſubinde ingeminatur.

§. XX.

Ratione ipſius *ſacrificationis* ſeu ſacrificia offerendi *actus*, ſeqventia obſervanda veniunt: Poſtqvam Noaaidus per tympanum & ecſtaſin rite exploraverat, cuinam Deorum victima tum qvidem immolanda eſſet, eandemqve offerre, illis, qvorum intererat, firmiter jam conſtitutum, Noaaidus, cui ipſius actus adminiſtratio competebat, de toto negotio mature certior faciendus erat. Interim *animal* immolandum *ſegregatum* fuit, & nota dextræ auriculæ impreſſa deſignatum; nec enim fas erat, animal, de cujus integritate & ſanitate non conſtitit, immolationi deſtinare. *Ipſe Noaaidus* jejunio & totius corporis ablutione ad hunc actum præparandus erat.

Die, *ſacris celebrandis deſtinato*, tandem illuceſcente, Noaaidus ſacrificulus, qvem Lapponice *Blodmanden* vocari, ſupra obſervatum eſt, cum Lappone, victimam dante, convivisqve ad epulas ſolenniter invitatis, ad *locum ſacrum* ſe conferebat, pretioſiſſimis, qvas habuit, *veſtibus* indutus, *torqve* orichalcico dextram ambiente, *balteo* ab ſiniſtro humero obliqve ad dextrum latus dependente, qvemadmodum in eqvitibus auratis

Linhat paa, foruden det sædvanlige hvide Linklæde.

ratis conspicere licet, decorus. Si victima alicui ex Saiwo-Nieid vel Akkis, immolanda erat, præter *album*, qvod alias in sacrorum administratione gestare solebat, *vestimentum*, *lintea* qvoqve *infula* ornatus erat.

Paa Offer-Pladsen stak han Offerdyret med særdeles Behændighed, saa det i samme Øyeblik faldt til Jorden, og var inden kort Tid dødt: derpaa blev det med største Hastighed flaaet, Indvolden udtagen, og Kroppen efter Ledemodene huggen i Stykker, men Stykkerne kastede i Offer-Kiedelen til at koges.

Ubi ad *locum*, sacris faciendis destinatum, perventum erat, sacrificulus, animal immolandum tanta dexteritate sescspita transfixit, ut e vestigio exanime concideret; qvod, pelle mira celeritate detracta, mox exenteratum fuit, atqve in varias partes, qvæ deinde in *lebetem* elixandæ conjiciebantur, pro artuum numero, sectum.

Efterat Kiedelen havde sydet en halv Time, blev det som tilkom Damengare optaget og tillavet, indtil det øvrige var kogt nok; da alle Offer-Giæsterne tillige med Blodmanden faldt paa Knæ og velsignede Maaltidet, hylede og bade til den formenede Gud, hvilken Offeret var tiltænkt, at han vilde naadigst ansee og modtage Offeret, samt være dem behielpelig i den Sag, hvorfor Offeret skeede. Herpaa tog Blodmanden Kiødet og sagde: Dat læ Sarakka Biergo, d. e. dette er Sarakkæ Mad; (Jabmeke, Saiwo, eller hvilken Gud de ofrede til:) da Offer-Giæsterne alt giorde efter ham. Endeligen spiiste de og fortærede Forparten: men Bagdeelen holdte de uværdig at spises til et Offer, hvorfore de sendte den, som meldt er, Hiem til Huusbehov. Naar Kiodet tillige med Marven af Beenene var fortæret, (dog maatte Marve-Beenene ingenlunde hugges tvers over, men kloves) satte Blodmanden en Drik Kiød-Suppe til Livs oven paa, derhos sigende: Dat læ Sarakka Gare, Jabmeke Gare, Saiwo Gare, eller hvis anden Guds Offer-Høytid da holdtes; alt giorde de andre efter.

